


Christian Woldenberg Johannes Jäger

Disputatio Iuridica De Infamia Et Infamibus Seu De His Qvi Notantur Infamia

Rostochi[i]: Richelius, 1656


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732603889>

Druck Freier  Zugang



Schande sind
Verurtheilung

R U jur. 1656
Christian Woldenberg, Præs. 1c
Johannes Jegor, Resp.



DISPUTATIO JURIDICA
DE
INFAMIA ET
INFAMIBUS.

Seu
DE HIS QVINOTAN-
TUR INFAMIA,

Quam
Permissu & approbatione Nobilissimæ
Facultatis Juridicæ, in almâ Rofarum

Academiâ

PRÆSIDE

Clarissimo, Consulissimo atqve Excellentissimo

DN. CHRISTIANO WOL-
DENBERGIO,

Crempâ-Holf. Phil. J. U. D.

Præceptore ac Fautore multis
nominibus observando,

*Ad diem 11. Octob. in Auditorio Magno
publico eruditorum Examini exhibet*

JOHANNES JEGERUS,

Hamb. LL. Stud.

☉):(○):(☉

ROSTOCHI,

Typis Johannis Ricbelii, Senatûs Typogr. 1656.


*DN. GOTHARDO V. HOVELER CO.
amico fautori, et promotori optimo.*

DISPUTATIO JURIDICA
DE
INFAMIA ET
INFAMIBUS
DE HIS QUI NOTANTUR
IN INFAMIA

Permissi & approbatione Nobilissimi
Facultatis Juridicae in Alma Matris
Universitatis Rostockensis

Universitäts-
Bibliothek
Rostock


DR. CHRIS. VOL.
DR. BERGII
Causa: Holt. III. P. 1. 2.
Proposita ac Tuncque tractata
a Johanne Jacobo
Johannes Jegerius
Hamburgi. 1722.
Rostock.



ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

Seu

Introductio ad Materiam.



*Q*uod Ulpianus libro undecimo ad Edictum de in integrum restitutione præfatur, dum dicit: Utilitas hujus tituli non eget commendatione: Ipse enim se ostendit: Idem & in principio, (quod

cujusque rei potissima pars est l. i. D.

de O. J.) hujus materie insignitè jucundè usurpare possim. Non enim indiget verbosis commentariis, nisi illustrationis causâ, ut appareat, quomodo leges legibus; Jus Orientale Occidentali; leges Solonis, & Draconis; Leges antiquæ Germanorum recentibus consonent, & in pœnarum commensuratione conveniant. Quinimò ut apertum fiat, quomodo Classici autores, & Græci & Latini, legibus civilibus suffragia ferant, præsertim cum non infrequens sit in jure, ad Solo-

nis, Homeri, Demosthenis, Aristotelis, Hippocratis, Platonis, Ciceronis, Virgilii autoritatem provocare, ut patet ex l. 16. §. 6. & 7. ff. de pœn.

l. 36. ff. de Solut. l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 13. §. 1. ff. ad L. Jul. de Adult. l. 65. de leg. 3. l. 39. ff. de pœn. l. 2. ff. de

A

Nundinis

Nundinis l. 4. ff. de Collegiis & corpor. l. 13. ff. Fin. reg. l. 12. ff. de stat. hom. Siquidem auctoritates majorum non sunt reprobanda, l. 17. ff. de judic. Hunc in finem omnia ea, quae ad hujus materiae lucem spectant, ex ipsis legibus, & Classicorum autorum monumentis excerpemus, rite disponemus, & bona fide allegabimus. Notum autem est quod Praetor titulum de postulando, habendae rationis causa, suaeque dignitatis tuendae, & decoris sui causa: ne sine delectu passim apud se postularetur, proposuerit l. 1. ff. de postul. Quando enim nec pacto, nec transactione reus subterfugere iudicium potest, considerandum venit, an adversarius ius postulandi habeat? Arnold. ab Haers. in advers. act. 16. n. 1. p. 82. D. Drosæus in meth. J. C. p. m. 30. Ea propter tres fecit ordines. Nam quosdam in totum prohibuit postulare: quibusdam vel pro se permisit, quibusdam & pro certis duntaxat personis, & pro se permisit §. 1. d. l. 1. & §. 6. Initium autem fecit ab his, qui in totum prohibentur postulare. In quo edicto aut pueritiam, aut casum excusavit l. 1. §. 3. D. de postul. Secundo loco pro aliis postulare prohibentur, quidam ob sexum, quidam ob casum, quidam ob turpitudinem notabilem §. 6. d. l. 1. Tertio pro se & pro certis duntaxat personis postulant, qui Edicto Praetoris ut infames notantur, qui omnes nisi pro se, & certis personis non postulant, nempe pro Parente, Patrono, Patrona, liberisve suis, Fratre, Sorore, Uxore, Socero, Socru, Genero, Nuru, Virico, Noverca, Privigno, Privigna, Pupillo, Pupilla, Furioso, Furiosa, Fatuo, Fatua, l. 8. §. 11. & l. 2. D. de postul. Item Clericus in foro seculari postulare non debet, nisi suam vel Ecclesiae suae causam prosequatur, aut pro miserabilibus forte personis, non autem infamibus, quae proprias causas administrare non possunt, postulet. Item Magnachi, vel Canonici Regulares non possunt

possunt postulare, nisi pro utilitate Ecclesie, vel sui ministerii, & præcepto Abbatis d. t. extra de postul. Et hæc, antequam materiam tituli explanaremus, præfari opera precium fore duximus, moniti Caji effaro in l. i. ff. de Orig. J. Quod istæ præfationes & libentius nos adlectionem propositæ materiæ producant: & cum ibi venerimus, evidentiores præstent intellectum.

Oeconomia & Inscriptio tituli 2.

lib. 3. Digestorum.

Hic titulus de his qui notantur infamia evidentem ordinem continet, teste Joachimo Hoppero in partit. tit. pand. h. t. adeò, ut de quaestione eî eî supervacaneum sit quæ- rere. Quippe primò præmittitur Edictum Prætoris l. i. ff. h. t. quæ lex secundum Paulum de Castro, optimum legum civilium Interpretem, ad hunc titulum reputatur singularis, quia enumerat casus, in quibus quis efficitur infamis, ponendo verba Edicti Prætoris, facti super hac materia, & non est, inquit, dare meliorem legem in toto corpore juris. Allegatur & hoc Edictum in l. pen. ff. de Extremâ cognit. Secundo ejusdem Edicti explicatio sub- jicitur l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Tertio appendix ad utrius- que expositionem faciens ut & precedente tit. de postulando factum adtexitur, à l. 14. ad finem usque l. 25. Proponuntur autem h. l. octo infamium genera, quæ nos justo ordine suis locis inferemus. Inscriptio Digestorum, Codicis, Basilicorum & Harmenopuli va- riat: in Digestis titulus est: de His qui notantur infamia. In Co- dice lib. 2. tit. 12. Ex quibus causis infamia irrogatur. Ubi Autu- mnus in paratit. ad h. t. p. 8. 9. 10. de Inscriptioe hujus tituli Codi- cis dubitari posse ait. Et lib. 10. tit. 57. C. de infamib. In Synopsi Βασιλικῶν Leunclavii lib. 21. tit. 2. c. 2. titulus est: περὶ ἀπειρηθῶν, καὶ ἐξ ὧν αὐτῶν ἀπειρηθῶν τις, καὶ δι' ὧν ἀπειρία περὶ γίνεται i. e. De His qui notantur infamiam quibus ea de causis, & per quos ir- rogetur, quam inscriptionem simul leges in recenti Editione Βασιλικῶν Fabrotti, quæ septem voluminibus constat. Harmeno- pulus

pulus in promptuario juris Civilis lib. 6. tit. 15. ita titulum facit:
ὅτι τὸ τίνας ἀτιμῶνται i. e. Quinam infamia notantur.

THESIS I.

UT ab Etymologia seu λόγῳ ἐνοσηματικῷ auspicemur, & Isidorum imitemur, quando infamem definit, non bonæ famæ; & infamiam sine bonâ famâ; ponimus, quod infamia eodem modo dicatur, quo infortunium καὶ στέγησι, per privationem. In siquidem particula in compositione vim privandi habet, ut cum injustum, inofficiosum, infectum dicimus. *DD. in l. Gallus 29. §. ille casus in difficili 15. ubi Bart. n. 2. & Jason n. 12. cum seq. ff. de liber. & posth.* Similiter Isidorus ignominium dictum, eò quod desinat habere honestatis nomen is, qui in aliquo crimine deprehenditur, dictum quasi sine nomine, ut ignarus, ignobilis, eodem modo infamium quasi sine fama. *Vid. LL. Ripuarias in voce ignominium Parisiis editas.* Descriptionem ulteriorem vid. apud *Cic. lib. 2. offic. Domell. lib. 18. c. 6. lit. E. & Hillig. in not. Wesemb. in paratit. h. r. n. 2. Verum Marquardus Freherus lib. 2. de existim. c. 10. n. 1.* mavult diminutionem dicere, quam privationem, quod fama non planè perdatur, sed quam retinet, malam, nigramq; habeat. Hinc *Cassiodorus* fama diminutos vocat, quo facit *l. pen. §. 2. in fin. D. de Extraord. cogn.* Et pergit *Freher. lib. 3. c. 4. n. 1.* Eum, cujus fama imminuta est, retinere famam, sed læsam & inquinatam. Deportationem enim seu Relegationem passus, inquit, caput habet, sed afflictum & debilitatum.

II. Ab Etymologia pergimus ad Homonymiam. Infamiæ enim, uti & famæ nomen est πολύσημον, & multiplex est infamia: 1. Est infamia, qua quis apud populum malè audit, quod hoc vel illud fecerit, vel facere consueverit; quod talis & talis sit, quæ infamia ex fama publica & rumoribus populi sinistris ortum habet, quæ, (ut *Cornelius Fronto Grammaticus* ait) ex multorum sermone nascitur, de qua *juvenalis Satyr. 14* Sed qui sermones, quæ fœdæ buccina famæ? 2. Apud Latinos passim infames pro suspectis dicuntur. Hinc infamat, idem ac suspectum reddere significat. *l. 15. §. 27. & 44. ff. de injur.* Sed hæc infamia melius infamatio,

famatio, vel diffamatio diceretur *ut Gl. in c. omnes. 4. causâ. 6. qv. 1.* Est enim suspicio tanquam criminis, quæ facta purgatione aboletur *c. de crimine. 1. causa 15. q. 5.* Est & 3. aliud huic vicinum infamiae genus quod mala fama appellatur, non de uno aliquo singulari crimine ab aliquo commisso, sed paulò generalius, quâ persona ex toto vitæ genere malè audit, unde homines malæ famæ dicuntur. Est & 4. alia infamia, quæ ex facto turpiculo jam comperto, vitæq; probrosa contrahitur nota nominis, quâ quis eximitur numero bonorum virorum, de qua inferius agetur. Et hæc est pœnæ legitimæ genus, & à Jcto inter pœnas numeratur. *l. 8. in pr. & l. 28. §. 1. vers. cetera pœna ff. de pœn. l. 5. §. 1. ff. de Exmord. cogn.*

III. Famæ nomen similiter non unius est significationis, vox enim communis dicitur *Innoc. c. inquisitionis 21. Exi. de accusat.* vocatur & vox publica, item existimatio & censura quædam, fortuna hominis *vid. Bart. in l. de minore 10. §. plurimum 5. n. 5. ff. de quest. ubi dicit: quod duplex sit fama: una fama hominis; alia fama inter homines.* Et quod fama hominis dicitur in bona parte; in mala verò parte dicitur infamia. Fama autem inter homines rursus duplex: quædam de uno homine in genere bonitatis, vel malitiæ puta quod est bonus vel malus, quod est fur, vel latro, *ναόμαχ*, de qua fama est textus *in l. capitalium 28. §. famosos 15. ff. de pœn. & in l. non omnes 5. §. à barbaris. 6. ff. de re milit.* Quædam de uno facto particulari, ut quod tale quid sit, vel non sit de qua loquitur *l. 3. §. 2. ff. de test. vid. Marq. Freh. de existim. c. 1. per tot.* Famæ nomen de homine sumptum ex illorum numero est, quæ μέσαι vocantur ut venenum *l. 236. ff. de V. S. ibi allegatur versus Homeri: Φάρμακα πολλά μὲν ἐοῦντὰ μεμιγμένα, πλάττ' ἵλυζα* i. e. sunt bona mixta quidem, sed pharmaca noxia multa. Item dolus, quia bonam & malam famam dicimus. Secundam & adversam, probam & sinistram, integram & deminutam. *Tullius, Plinius, aliq. autores bonam famam dicere solent, ut Græci & præsertim Homerus κατὸν κλέος, & καλὸν δόξαν vid. Marq. Freh. in tract. de fam. publ. ubi de foeminarum fama c. 10. n. 3. & c. 11. per tot.*

De adolescentum fama c. 10. n. 20. & d. c. 11. n. 18. de Servorum fama
 (nam hi cum caput non habeant, famam tamen habent) text. est
 in l. 1. ff. de rei vind. in pr. De Magistratum fama l. 3. C. de offic. Rect.
 prov. De Clericorum Sacerdotumq; fama text. in c. 1. caus. 15. qu. 5.
 & c. Presbyter 13. caus. 2. qu. 5. & in tit. ext. de vit. & hon. Cler. & tit.
 de purg. can. vid. Freb. lib. 2. de Existim. acquir. conserv. & amitt. p. 86.
 ubi allegatur Thomas Piperatus de fama & indiriis. Et hæc bona fa-
 ma quosdam gradus habet. Est enim magna & sublimis fama
 alia, egregiorum facinorum laudatrix & præco: alia mediocris &
 honesta vitæ probitate & innocentia, apud homines viri boni opi-
 nio. Ista gloria Latinis, Græcis *εὐκλεια* & *ἰπτιμία*; Hæc
εὐδοξία, Latinis Existimatio. Unde Gloria definitur, pu-
 blica Virtutis excellentis admiratio, cum insigni benevo-
 lentiâ conjuncta, Freb. lib. 1. c. 3. Arist. 1. Rhet. c. 5. Hinc Præfe-
 ctura Prætorii, quæ omnium dignitatum apex, cui titulus *εὐδοξο-
 πησις*. Quæsturâ propria facta est Jctorum, quam Gloriam litera-
 rum vocat. Cassiodor. 6. Var. c. 5. Unde facile elicitur, quales esse de-
 beant cordati Jcti. Vocantur enim à Principibus amici. L. 17. D. de
 Jur. Patron. Excelsi, Eminentissimi, Prudentissimi, Magnifici,
 Amplissimi, Gloriosissimi, inclytæ recordationis, optimæ memo-
 riæ: Græcis: *εὐδοξότατοι, μεγαλοπρεπέτατοι, εὐδοκιμῶντες, εὐκλειῶς
 μνήμης, πανεύφημοι*. i. e. qui ubiqve bonam famam habent, hîc,
 & alibi. *λαμπρότατοι* ut vid. in L. 2. C. de V. J. Enucl. L. 12. C. de Le-
 gat. Lamp. in Alexand. Ex quibus apparet bonam famam ipsam
 propter se positam esse, & jam ex istis decisam controversiam
 Chryssippi & Diogenis apud Cic. 3. de fin. motam, qui utilitatis cau-
 sa tantum bonam famam expetendam censebat, non suâ præ-
 stantiâ: & bonæ famæ causâ, detractâ utilitate, ne digitum
 quidem porrigendum esse dicebant. Quos Carneades postea re-
 tudit. Freber. lib. 1. c. 2. n. 4. p. 15. Eorum enim, quæ per se expe-
 tuntur, secundum Philosophos, tria sunt genera Animi, Corpo-
 ris, & Externa, quæ & Fortunæ dicuntur, cui ultimo & fama
 annumeranda, nam est de bonis externis, uti traditur à Tullio in To-
 picis, & lib. 2. Offic. circ. fin. Aristot. 1. Eth. Hermog. & Aphthon. in Rhetor-
 icis

vicis Epictet. in pr. Theologi Scholastici tria faciunt bonorum genera. Primum Vitam, postremum temporalia bona, medium honorem & Famam, atque sic famam post vitam in temporalibus volunt esse præcipuam. *Cajetan. 6. q. 62. art. 6. quem sequitur Domin. Soto, & ipse Salomon. Prov. 22. Ereb. lib. 1. p. 16.*

IV. Progressum facimus ab Homonymiâ ad Synonymiam, Græcis dicitur κητήφεια. *vid. Apoll. Rhodium in Argonauticis lib. 3. p. m. 64. ex recensione Jacobi Lectii p. m. 205.* Ubi fama & infamia è diametro sibi opponuntur: ἢ κητηφέλω, ἢ κηη μέγα κῦδ' ἀρέσσαι; aut infamiam, aut magnam laudem reportare. Homeri Interpres Didymus Chalcenteros in *Iliad. V. p. 139.* interpretatur αἰχμῶλω, ὄνειδ' ἔσσι, οἱ γὰρ αἰχμυόμωροι κητηφῆεις εἰσὶ *lit. G. i. e.* impudentes sunt infames. Budæus in *Comment. Græc. ling. p. m. 867.* explicat κητήφειαν, tristitiam cum vultus demissione *ἔ p. 147.* κητηφῆς, σιωπεκλήμω *i. e.* κατηπληχώς. Item dicitur: Δυσφημία de qua voce *vid.* Varinum Phavorinum Camertem in *Lexico Græco.* Vocatur etiam Φήμη κακή, quod innuit Hesiodus, dum adhortatur ad bonam famam, & dehortatur à malâ *ἔ ἐργοῖς v. 758. & seqq.* quos versus vertit *Ereb. lib. 2. c. 8. n. 5. p. 997.* ubi *vid.*

- - Δειλὴ δὲ βροτῶν Ἐπαλεύει Φήμη
 Φήμη γάρ τε κακή πέλεται καφῆ μὲν αἰείρα
 εἶα μὲν δ' ἐργαλέη δὲ φέρειν χαλεπή δ' ἀποτέταται.
 Φήμη δ' ἔπει πάμπαν ἀποδύεται λῶπινα πολλοὶ
 λαοὶ φημίζουσι. ὅσος γὰρ τις ἴδῃ καὶ αὐτῆ. *i. e.*

Fama enim mala est, levis quidem, levatu
 Facillimè, molesta ferè portatu, difficillimè depositu;
 Fama verò nulla prorsus perit, quam quidem multi
 Populi divulgant: quippe Dea quædam est & ipsa.

Dicitur & ὄνομα πονηρὸν *i. e.* malum nomen *Stobæus serm. 165.*
 πᾶσι ὀνόμα' ἔσσι πονηρῶ, καὶ χάριν μὴ ἔχοντ'. *Ecclesiasticus in-*
quirit: ὄνομα πονηρὸν αἰχμύνει καὶ ὄνειδ' κληρονομήσει. *Hinc*
Prov. 22. v. 1. dicitur: αἰρεῖώπειν ὄνομα καλὸν ἢ πλεῖστον *πλὺς*
ἔ Prov.

Ἐ Prov. 25. χάρις καὶ Φιλία ἐλδοῦρεσσι ὡς τήρησιν σεαυτοῦ, μὴ
Προσέειδεν ὁ γέννη. Scalig. lib. 3. Epidorp. n. 41. ita de infamia canit:
Infamia mortis species foeda profana
Horrenda necat non semel, ac pullulat ultro:
Crescensq; sui foenoris exigit tributum.

Apud Horatium Opprobrium vocatur lib. 1. Serm. 4. p. m. 221.

- - Avidos vicinum funus ut agros

Exanimat, mortisq; metu sibi parcere cogit:

Sic teneros animos aliena opprobria saepe

Absterrent vitiiis. Apud eundem famosus dicitur

malæ famæ d. l. v. 5. Nonnus in Dionysiâ lib. 18. v. 1. ἤδη ἢ πλε-
εῖσσα πολύσμου ἰπλάτ Φήμη: i. e. jam verò alata, multa ora
habens volabat fama, & lib. 24. v. 181.

ἤδη ἢ συνόσσοι δι' ἄστε ἰπλάτ Φήμη

Jam verò luctuosa per urbem volitabat fama.

Fama sinistra legitur apud Juvenal. Satyra. 14. adde c. non sunt audi-
endi 56. causa 11. qv. 3. ubi legitur suspicio, & in fn. concludit: nobis
est necessaria vita nostra, aliis fama nostra. Et c. nolo. 10. causa. 12.
qv. 1. Unde non crimine tantum, sed criminis omnis suspicione
vacare debent honesti & boni viri l. 5. C. de furt. Apud Latinos di-
citur ignominia. l. 2. §. 2. D. & l. 14. C. h. t. Donel. lib. 18. c. 6. lit.
D. & ibi Hillig. in not. tamen Cic. animadversionem censoriam
ignominiam vocet, inde tamen malè Bod. 3. de Republ. c. 3. n. 283.
ignominia plerosqve temerè pro infamia abuti, cum ea sit, quæ
vulgo infamia facti quod d. l. 14. idemq; l. 39. in fin. ff. de furt. & l. 20.
ff. h. t. refellunt. Wes. in paratit. n. 2. Nota, labe, macula juris.
Freig. lib. 3. adh. t.

V. Hisce præmissis ὃ τί ἐστ, seu definitionem ex ipsis ef-
florescentem legibus suppeditamus, eamq; ex contraria famæ defi-
nitione exstruimus in hunc modum: Infamia est læsæ digni-
tatis status, legibus & moribus improbat, ex turpi facto
resultans, ut inter bonos & honestos non habeatur: Sic-
ut è converso: Fama est illæsæ dignitatis status, legibus &
moribus comprobatus l. 5. §. 1. ff. de Extraordin. cogn. Defini-
tio hæc

Def.

tio hæc à nobis tradita est causalis, definitum est infamia, genus, læta dignitatis status, quod formam denotat in accidentium, quemadmodum materiam in substantiarum definitionibus. Causa Efficiens Lex, & mores, Materia delictum seu turpe factum. Finis est ut inter bonos & honestos non habeatur. adde *Wes. in paratit. n. 4. & 5.* ubi dicit quod causa ~~de qua~~ ^{causalium} sit dolus, vel simile crimen, quod in dolum incidit, ut perfidia, stellionatus, impostura, perjurium. Secundum Accurs. definitur, **Famæ imminutio** l. 1. C. b. t. referente Autumnno in paratit. b. t. *Donell. ita definit:* **Infamia est existimationis ob turpitudinem aliquam vitæ contractum damnum** l. 8. C. b. t. l. 2. C. de dignit. *Bart. in l. 1. ff. b. t.* primam à nobis traditam definitionem ex parte usurpat, quem sequitur *Salicet. in l. 7. C. de accusat. Hillig. ad Donell.* diminutionem famæ retinet d. lib. 18. c. 6. lit. F. G. A Baldo macula acquisita ex malis moribus, divulgatio in populo detestabilis, & maxime apud bonos & graves Viros in l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. Status autem autoritate legum ex delicto aliquo aut minuitur, aut consumitur. Non tamen statum annihilat, sed deprimit, quia non facit perdi libertatem, vel civitatem; tunc enim annihilaret; sed facit quem repelli ab officiis publicis; nobilem degenerat, fratrem beneficio privat, fidem minuit, honores tollit, & afficit hominem & corpus ejus, & animam, sicut lepra leprosum; adde *Federicum de Senis consil. 88. Angel. conf. 354.* ubi dicit: quod ille qui perdit famam pro mortuo habeatur, & sequitur infamia infamem, ut excommunicatio excommunicatum *arg. l. 9. ff. de postul. insequitur* hominem, quocunque vadat, & etiam inhabilitat, si vadat ad locum etiam non subditum jurisdictioni ejus, qui sententiam tulit, quod non contingit in aliis quæ non ita afficiunt personam *arg. l. fin. ff. de jurisd. omn. judic.* Minuuntur itaque famæ omnes illi, qui in aliquam ex illis causis impegerint, quæ edicto perpetuo inter infamæ causas enumerantur, quibus & aliæ plures *ex Princ. constit. deinceps accesserunt* *Ereb. lib. 3. c. 4. n. 15. 16.* Minuitur fama, inquit *Callistratus l. 28. §. 1 ff. de pæn. cum quis relegatur, vel ad tempus, vel in perpetuum, vel in insulam;* adde l. 2. ff. de publ. jud. l. 7. §. 3. ff. de interdict. & relegat. addit *Calli-*

B

stratus:

fratus: vel cum prohibetur quis honoribus publicis fungi, ut doceat non tantum, qui removetur ordine, quem obtinebat, infamem fieri, sed & qui ab eo arcetur, quem fortè ambibat ob delictum aliquod suum. Solebant enim ab honoribus infames acceri. *l. 2. C. de dignit. c. infamibus 87. de Reg. jur. in sexto.* Eleganter *Zaccius in paratit. addit h. t.* ab Universitate, vel Facultate aliqua ob delictum cum ignominia dimissum, vel ordine motum, infamem censendum.

VI. Infamis itaque est *ut l. 2. C. Theodos. legitur h. t.* qui honestioris nobilisque personæ decore est jure privatus: vel ut *Cujacius elegantissimus JCeus in paratit.* quas solis eruditus scripsisse dicitur *D. h. t. inquit*: Infamis, generaliter si accipias, est, quem Lex vel Senatusconsultum, vel Decretum Principis, vel Edictum Prætoris ex causa aliquâ turpi notavit, ut ignominiosum, quam pœnam Varro ita describit eleganter: Tertia pœnarum infamia, stans nexa in vulgi pectore, fluctuanti intonsâ comâ, sordido vestitu, ore severo: quæ similiter ordine ex *Cujacio* retulit *Autumnus in paratit. ad h. t. vid. Sebast. Brant in par. ad h. t.* cui infamis dicitur, quasi valdè famosus i. e. ignominiosus.

VII. Infamiam proindè duo hæc junctim efficiunt: TURPE FACTUM *l. 2. C. de dignitat. ubi expressè dicitur*: neque famosis & notatis, & quos scelus, aut vitæ turpitudine inquinat, & quos infamia ab honestorum coetu segregat, dignitatis portæ patebunt *d. h. t. §. 5. ff. de postul.* ET AUTORITAS JURIS id notantis *Rubri D. & C. h. t.* Unde infallibiliter concluditur: qui ob turpe factum & auctoritatem juris malè audit, infamis est.

VIII. Sine delicto autem infamia frustra metuitur, nec per injurias, aut contumelias fama verè minuitur, aliàs injuriatose ante satisfactionem defunctò injuriatus infamis maneret. Unde injuria ad infamiam fieri dicitur. *l. 1. §. 1. ff. de injur.* Infamandi causa *l. 15. D. d. t. passim minuendæ opinionis causâ l. 3. C. h. t.* Verè autem famam non tollit, vel inquinat. *Freb. lib. 2. de existimat. c. 20. n. 6. ubi monet*: Advocatos scitiores in libellis actionis injuriarum

riarum ita ponere: conatus est quantum in se fuit, honorem meum violare: non ita: violavit. &c.

IX. Dehinc ad divisionem progressum facimus, & quoniam alia est infamia Canonica, alia Civilis, eam in **Canonicam & Civilem** dividimus. Est enim infamia quædam Canonica jure Pontificio sancita, quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali, ex illis, de quibus Apostolus ait: talia qui agunt, regnum Dei non consequentur, de quo hominum genere idem dicit: cum talibus nec cibum sumitote. *Canone omnes 2. & 4. ut & seq. causa 6. q. 1. can. præceptum 21. caus. 32. q. 5.* Hæc infamia apud illos tollitur per pœnitentiam, & satisfactionem Ecclesiæ. *illi qui. 3. caus. 6. q. 1. c. si duo 4. caus. 35. q. 6.* Imo & per baptismum tollitur omnis infamia & irregularitas ex antecedenti delicto proveniens *Gl. in c. 3. in verbo inter peccata dist. 26. arg. c. sine 99. de Consecratione dist. 4.* Et post contritionem potest Episcopus infamiam tollere, & pristino statui restituere in omnibus criminibus, in quibus potest dispensare *gl. in c. Domino sancto 28. in v. atque ignominiam dist. 50. & c. contumaces 21. ead. & est in c. si quem 8. caus. 2. q. 3. c. consanguineorum 4. caus. 3. q. 4.* Verum cum Canonica non sit hujus loci, pluribus de eâ agere merito superfedemus.

X. Altera quæ hujus loci est dicitur **Civilis**, de quâ solâ hic tractabimus, quæ certis ex delictis, causisq; speciatim in jure expressis nocentes notat, & exstimatione privat, aut diminuit; modo ipso jure, & *ἀὐτομάτως*, modo per sententiam judicis, aut genere pœnæ, pro ut in quaque illarum causarum jure cautum est *l. 1. D. h. t. c. infames. 2. §. porro. & ibi est. caus. 3. q. 7. ubi dicitur: Infamia multipliciter irrogatur: aliquando enim contrahitur genere delicti declarati per sententiam, veluti cum judex pronuntiat, injuriam fecisti (adde *l. 5. C. b. t. si injuriam te fecisse Proconsul Vir Clarissimus pronuntiaverit, ignominia notatus es*) hæreditatem expulsi, calumniatus es: Aliquando genere pœnæ: sicut illi, qui damnantur in opus publicum, qui pristinum quidem statum obtinent, sed damno infamiæ etiam post impletum tempus subjiuntur: Aliquando genere pœnæ & delicti declarati per sententiam, veluti dum fustibus cæso per Præconem dicitur: *εὐνοῦς & ἀντιμαρῶς**

calumniatus es l. 17. C. b. t. Aliquādo ipso genere facti, ut ex-
cercentes improbum fœnus, & illicitè exigentes usuras usurarum.
d. l. 20. C. b. t.

XI. Hæc Civilis infamia rursus dividitur in infami-
am juris, & infamiam facti. Vid. Accurs. Bart. & Dd. ad l. 1. b. t.
Duar. ad h. l. c. 2. & 1. disp. annivers. 42. Baron. ad l. 1. Petrum Greg.
Tholos. 31. Syntagm. 29. n. 7. & 9. Loriott. de juris arte tract. 7. de ex-
istim. axiom. 2. & 3. Bodin. 3. de Republ. 3. n. 283. Beust. ad l. admonendi
31. D. de jurejur. n. 599. & seqq. Gæd. ad l. 42. ff. de V. S. n. 9. Freb. lib. 3.
de infam. c. 1. & 2. & c. 22. Petr. Heig. part. 1. q. 21. n. 4. & seqq. Alberi
Gent. de actor. Fabul. c. 14. Quæ distinctio etsi verbis legum non
apertè sit prodita; commoditatis tamen & docendi gratia retine-
ri potest, quicquid Donellus contra sentiat, & Niell. disp. feud. 2. th.
6. Lit. D. Interim pro genuinâ specierum divisione non vendita-
tur. Quinimo ipsa definitio superius ex Donello relata evincit,
eandem facti ignominia competere, vide pag. 283. apud Hillig. ad
Donell. ad finem usque.

XII. Probabilem hanc sanè distinctionem reddit l. pen. § 2.
D. de extraord. cognit. Nam quod Donellus dicit minui hominum
opinionem, hoc ipsum est quod Dd. intendunt. Si enim Infamia est
quæcunque existimationis minutio, & verò aliter, quàm juris au-
toritate minui existimatio potest, aliam quoque, quàm juris infamiam
statui, necesse erit, quocunque tandem nomine nuncupes:
d. l. 2. ff. de obseq. parent. & patr. præst. re ipsa infamiae notam non
effugient i. e. facti ipso. Quæ enim re ipsa fiunt naturalia & facti
dicuntur.

XIII. Est enim alia gravior, quæ planè improbos & scelera-
tos, totiq; populo tam bonis Viris, quàm etiam deterioribus nota-
biles & invisos reddit, quàm Dd. nostri infamiam juris vocant,
novè commento vocabulo, eò quod effectus juris multos pariat:
Alia paulò levior & mitior, quæ non omni prorsus honestatis opi-
nionem, ut illa spoliatur, & exuit; Sed ob damna morum & lapsum
aliquem, pudorem tantum alicujus gravat, apud bonos, gravesq;
Viros in culpam & reprehensionem vocat, eò quod bonis moribus
adversari videatur, cujus etiam exempla jure nostro prodita sunt
l. 13. 17.

l. 13. 17. 20. C. b. t. l. 2. ff. de obseq. parent. & patron. prest. hanc Dd. nostri infamiam facti vocant, quod solo facto incurratur, nullos adeo graves juris effectus procreans: credo Ulpiani autoritate inducti, qui in l. 39. in fin. ff. de Furt. Facti ignominiam dixit. Tullius hanc notam nominis, & nævum honoris appellat, & proverbiali locutione ad Poetum: sutorium atramentum vocat, quo & Poeta infamiam notant. Apulejus maculam, & inhonestamentum Apolog. lib. 1. Gellius labem, & quasi lacunam famæ lib. 1. c. 3.

XIV. Certum itaque quod quædam sit infamia juris, de quâ loquitur hic titulus, & omnes casus positi in hac L. quædam infamia facti, de qua loquitur L. ob hæc verba. 20 ff. b. t. & d. l. 2. D. de obseq. & Gl. ibid. adde Jason. in t. C. de sum. Trin. & Paul. de Cast. ad h. l. n. 1. & in additionibus n. A. Infamia autem juris quædam est juris, & de jure, ut quando quis infamatur ipso facto per sententiam legis scriptæ, absque sententiâ judicis, de qua infamia habetur in primis tribus casibus hujus L. 1. ubi ponuntur tria exempla, usque ad vers. qui in judicio: etiam in vers. qui eam: usque ad finem l. ubi ponuntur quatuor exempla & l. palam 43. ff. de R. N. Quædam dicitur juris tantum, & de jure tantum, ut quando infligitur per sententiam definitivam judicis competentis, quod potest contingere altero de tribus casibus: 1. Quando est lata in crimine publico, vel super calumnia commissâ in crimine publico, vel privato, vel super prævaricatione, & ista est infamia gravissima. 2. Quando sententia est lata in crimine privato, & hoc in quatuor casibus, scilicet: Furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, & de Dolo, dummodo sit condemnatus suo nomine, & de delicto commisso per eum: secus si nomine alieno, & ex delicto commisso per alium, tanquam procuratorem. 3. Quando ex certis actionibus orientibus ex contractu, vel quasi, & de hoc ponuntur quatuor exempla in vers. l. 1. b. t. qui pro socio, tutela, mandati depositi, & sic in Effectu sunt undecim casus, in quibus infertur infamia per sententiam judicis, adde & alium, & sic duodecim. v. l. 18. cum seqq. D. b. t. Sed casus in quibus infligitur ipso facto per sententiam legis sunt septem, scilicet tres, qui ponuntur in pr. l. 1. & quatuor, qui ponuntur in §. fin. ff. b. t. & hæc est ea ipsa,

quam nos *ib. 5.* definivimus, de qua ulterius, v. *Paul. de Cast. in l. 1. C. de Sum. Trin. n. 17.*

XV. Juris infamia quædam ita gravis, ut planè exosos, verèq; sacros, *ἀσπυροῦντες* & intestabiles, quæ teterrimâ memoriâ nominis afficiat, & (ut canones loquuntur) quæ vocem funestam faciat. *c. constituimus 9. causa 3. q. 5.* quo genere notatos, utpote insigni turpitudine deformatos, nec pro se, multo minus pro aliis, nec coràm judicibus quidem pedaneis postulare Prætor permittit. *L. 1. § 5. D. de postul.* Quod genus sunt capitali crimine damnati, calumniatores, harenarii, muliebriâ passî, Scriptores libellorum famosorum, qui ideò & intestabiles dicuntur, quod nec testari possunt, nec testimonium eorum recipitur, pessimaq; adeò horum in toto jure conditio est *d. l. 1.* Uti inferius magis magisq; patebit *addel. ob carmen 21. ff. de testib.* Alia minus gravis, ex levioribus delictis descendens, quæ minus odii execrationisq; infert, quo ordine à Prætoze comprehenduntur omnes omninò non singulari, sed qualibet juris infamia notati, exceptis illis, qui propter insignem turpitudinem in priori ordine sunt collocati, quoniam his pro se, & certis personis Edicto comprehensis postulare permittitur *d. l. 1. § fin. D. de postul.* & non prorsus intestabiles habentur. Est deniq; aliqua infamia minor facti infamiâ; & penè nulla, quæ ex levissimis, & fortuitis fortè causis quem in ora hominum facit venire, non tamen cum vera ignominia. De hac scribit *Tertull. lib. 1. de cultu faminarum:* cum in agro alicujus latrocinium gestum est, crimen quidem Dominum non constringit, dum res tamen ejus ignominia notatur, ipse quoque infamiâ aspergitur *l. 28. § 15. ff. de pæn.* Sed quid hoc ad Domini famam pertinet. *arg. l. 27. in fin. D. de hered. petit. Freb. lib. 3. p. m. 252.*

XVI. Infamia verò facti rursus tripliciter accipitur
I. Infamia i. e. infamatio, quando contra aliquem insurrexit infamatio in populo, quod aliquid turpe, vel delictum commisit, non tamen de hoc constat verè, vel per aliquas verisimiles conjecturas, & ista dicitur propriè vana vox populi, quæ non est attendenda, in *l. decurionum 12. C. de pæn.* nec nocet infamato ad repellendum à testimonio, nec à Dignitate, vel officio *Bart. in l. de minore. 10. § tormenta.*

menta. 3. ff. de quæst. circa finem. Bald. b. l. Secundo modo dicitur infamia facti, quæ infurgit ex veritate facti, quando quis verè commisit delictum: non tamen verè diffamatus est adhuc, sed in occulto, & sic apud homines non est infamis de facto, sed apud DEUM, & ista infamia non cognoscitur à jure Civili, nec de illa posset opponi: Sed de jure Canonico *ut th. 9* dictum benè cognoscitur, quod imitatur jus divinum, & dicitur infamia Canonica. Tertio modo dicitur infamia facti, prout loquuntur de præsentì, quando aliquis propter aliquod crimen, vel turpitudinem verè commissam est infamatus penes bonos & graves, & sic penes DEUM & homines: non tamen est adhuc condemnatus in actione quæ infamat, *ut l. cessat 36. ff. de Oblig. & Act.* puta in conditione furtiva. Tales dicuntur turpes, & talis infamia duos habet effectus à jure duntaxat: Unus est, quia repellit à Dignitate & honore obtento, & obtinendo *l. 3. C. de Decur.* Alius est quia, tribuit quere- lam fratri contra testamentum fratris, in quo talis infamis esset institutus *l. fratres. 27. C. de inoffic. test.* reliqua vid. *apud Paul. de Cast. in l. 1. C. de summ. Trin. n. 17. & in additionibus Lit. H. & th. 56. bis.*

XVII. Quicquid igitur bonis moribus adversum, & gravium virorum incorrupto judicio dedecens existimatur, facti infamiam gignit. Hanc itaque incurrunt omnia turpiter gesta, quæ si sententia secuta esset, infamiam juris parerent *l. 42. ff. de V. S.* Sicuti & facta turpia jure non notata. *Zaf in parat. h. t. n. 20. & seqq.* hæc notari volens damnatos. Sed & ea ratione facti dici potest, quod hæc nota nominis, & nævus honoris, ut vocatur *Freber. c. 1. n. 10.* in facto constat, *arg. l. 24. ff. de R. J. i. e.* ex circumstantiis æstimanda, nec quis ea labore certis regulis, uti infamia juris doceri possit, tametsi aliquo saltem modo definiri nihil impediat. *Freber. o. 22.* decem casus, quibus incurratur, constituit. Nec Princeps hanc tollere potest, non magis quam facta infecta reddere. *th. 54.* Hinc *Claud.* eum cuidam notam deprecantibus amicis ademisset. Litura tamen, *inquit,* existat. *Sveton. in Claud. addatur:* Infamia facti est, quæ quis apud honestos viros, pro infami habetur, quamvis eum neque Lex, neque judicis sententia infamem declararet, *v. g.* qui suppressit Scortum, qui fores meretricis effregit.

effregit libidinis causâ, & qui ebriofus est, licet à judice nunquam deprehensus re ipsa est, & opinione honestissimorum virorum, fama existimationem non effugit *l. 39. ff. de furt.* Sic & filius à Patre testamento graviter accusatus, etsi jure non sit infamis, tamen ejus famam perpetuò afficit illa Patris censura inter honestiores *l. 13. C. h. t.* Sic & quilibet à superiore suo vel judice publicè increpatus & admonitus, ut ad meliorem vitæ frugem se reformaret, infamia facti duntaxat notatur. *l. 19. C. h. t. Perez. C. h. t. n. 2.*

XVIII. Planè gradus sunt hujus ignominie pro gravitate & levitate causæ ex qua ortum habet, factiq; turpitudine. *Wes. in parat. b. t. n. 2. in fin. & n. 3.* Vana tamen illa *Bald. dist. quam Wesenb.* ibi habet in eam, quæ incerto autore nata: aliam, quæ à judice aut Patre, aut Viro quoviam honesto, & illam quæ à sectæ diversitate ortum habet. Prior enim verè nulla, ut scitè *Freber. ostendit.* Posterior juris infamia; media sola hujus loci. Nonnulli, viles homines his accensent, *Gomez* qui & lufores, ebrios, leones hac notâ inustos statuit: adde *Rebuff. in Authent. habita p. 70. & seqq. Gædd. in l. 42. ff. de V. S. n. 11.* Separat tamen ab infamibus personas humiles ac viles *Freb. c. 24.* qui nempe integrâ non sunt dignitate, non ex delicto, sed ex sordido vitæ genere, vel quæstu illiberali, in quibus & sunt ultimi negotiatores, quos vocat *l. 6. C. de dignitat. vid. Freb. p. 289. per tot.*

XIX. Ratione hujus divisionis inferenda restat quæstio, quam *Anton. Perez. in prælect. Codicis lib. 10. t. 57. n. 4. de infamibus* hunc in modum movet: Verba ejus formalia hæc sunt: *Quæritur: An infamis ad honorem aspirans, si eum obtinuerit, possit removeri, & num per eos, qui consenserunt electioni?* Prius patet ex jam dictis (*scil. sup. n. 2. 3. d. t.*) cum infamia juris contracta ipso facto, vel per sententiam, non solum impedit at quem promoveri ad honores, verum etiam dejiciat jam promotum. *l. 12. C. de dignit.* Ubi non est quod de acceptâ dignitate sibi blandiatur is, qui se ipsum indignum judicaverit. Quod locum non habet in infamiâ facti, quia licet impediatur, non tamen removet à dignitate jam obtentâ, ut probatur *ex c. super his. 16. de Accusat.* Alterum est, infamiâ juris notatum, non posse uti indignum

gnum removeri ab officio, cui adjuncta est dignitas, per eos, qui ejus admissioni, vel electioni interfuerunt, & consenserunt, cum initio contradicere debuerint, ut dicit JC. in l. 13. §. ult. ff. de Decur. huc facit illud: Turpius ejicitur quam non admittitur hospes. Estq; major nota ab obtento honore removere, quam nec dum obtentum denegare, facilius enim jus quæsitum conservatur, quam de novo acquiritur. Unde etiam videmus multa tanto consensu, aut conniventia tolerari, quæ contradictorio judicio non permetterentur, quapropter si eligentes cognoverint personæ vilitatem, aut non tantam esse existimaverint, ut dedecori futura esset officio, videtur posse assumptus in eo permanere, & tolerari; secus si ignominia & inhabilitas ejus nota sit, ac tanta, quæ officium & congregationem fœdet. *Bobadill. lib. 3. Polit. c. 8. n. 17. hucusque Perez. pag. 832. & 833.*

XX. Quoniam infamia juris tribus modis incurritur. 1. Ipso jure, 2. Per Sententiam judicis, & 3. Genere Poenæ. Ordine de illis agemus.

XXI. Causæ ipso jure infligendæ infamiæ sunt quatuordecim, quas non plenè continet Edictum l. 1. b. t. recensentur autem ordine apud Donell. lib. 18. Comm. c. 7. quem hic sequemur. 1. Qui artis ludicræ causâ in scenam prodiit, quæstum inde facturus. l. 2. §. 5. ff. b. t. ubi Scenæ Definitio legitur. Non ergò si gratis, exercitationis & oblectationis causâ. *Hillig. in Don. lit. A. ubi allegat Alb. Gentil. disput. de Actoribus & Spectat. Fab. non notand. c. 15. qui de hoc argumento plenissimè tractans, videatur, ut & Rudolph. Forner. lib. 5. rer. quotid. c. 29. Freher. de infamia lib. 3. c. 18. Pollet. in foro Roman. lib. 2. c. 12. & ibid. Broid.* Omnes ergò Scenæ deservientes, scénici & ludiones, omnes infames sunt: Huc spectant Theatrica & Scénica officia, Comædi, Tragoedi, Mimi, Pantomimi, Archimimi, Ethologi, Ethopæi, omnesq; uno nomine hypocritæ dicti, *autore Suida & Isidoro.* Latine Histriones, quasi Historiones, Ludiones & Ludii, Scurræ, quoque & Panthuli, & copriæ sive moriones, & quicumque Comædiæ serviebant, inter quos & Thymelici & Musici, qui modulos in fabularum actionibus faciebant, quo etiam refertur saltatio Cyclops, dicta & Cordax.

C

Freb.

Freb. d. c. n. 1. 2. 3. 4. Julianus Imperator caloperas vocat, ἢ *Δυσκλήεσσον τ' ἔργων, καὶ Πονείδισον τὸ βίη πέλας*. Causa autem quare ars ludicra pro infami habeatur, præter eam, quam ex Aristotele Taurus tradit *apud Gellium lib. 20. c. 3.* non una, nec levis reddi potest, sive quod in toto isto vitæ genere hominum egregiè perfrictæ frontis vanitas summa; & non tam ambitiosa, quam stulta ostentatio esset, dummodo Mimus hallucinatur; Funeræ periclitatur; Comædus sermocinatur; Histrio gesticulatur, cæteriq; omnes Ludiones ostentant populo, quod cujusque artis est, quod præmium Lucæ dicitur. Et apud Canones jubentur Sacerdotes de convivio recedere, ubi ista joculatorum fex intravit. *c. nullus. 35. Et c. non oportet. 37. dist. de consecrat.* Imò qui in scenâ læsisse noscuntur prohibentur in clericos ordinari. *c. maritum. 2. D. 33.* Nec minor infamia mulierum Scenicarum, sive Mimarum fuit. *l. 4. C. de Episcop. Aud. Nov. 51. Et Dorotheus Homil. 6. Ἰουδαϊκῶ πιν τὸ ἔργον* vocat. Limitatur hæc causa infamiæ, ut intelligatur, non de auctoribus fabularum, sive Poëtis, non de Editoribus, sed de ipsis Scenicis (*ᾠδῶν ὄντων* Græcis dicuntur) Limitatur etiam in actionibus Atellanarum, quod genus ludorum ab Oscis inventum. Erant autem Atellanæ (*ut Donatus Et Diomedes scribunt*) ingenue quædam & jocosa fabulæ, quæ vetustam in se elegantiam, delectationemq; Italica severitate temperatam lasciviâ ac petulantia vacuam habebant, *Scal. lib. 1. Poët. c. 7. plures vid. apud Freb. Et H. l. g. qui ex Freb. septem refert p. m. 291.*

XXII. Secunda causa. 2. QVI lenocinium fecit, quod explicat *l. 4. § 3. ff. b. t. Et l. 43. § 6. ff. de R. N. adde l. 2. § 2. Et seqq. Et l. 2. 9. Et seq. C. de Adult. l. 12. C. de Episc. aud. l. pen. Et ult. C. de spectac. Et scenicis Et lenonibus: gravius est enim peccatum lenonis, quam meretricis, cum aliis peccandi causam præbeat. *Busius ad d. l. 4. § 3. n. 3. Pactus centur. 2. q. 21. per Nov. 8. c. 8. Forner. lib. 4. rer. quotidian. c. 16.**

XXIII. Tertia. 3. QVI eam, quæ in potestate est, antequam virum elugeret, quem mortuum esse scivit, nuptui collocavit. *Don. lib. 18. c. 7. n. 3.* Secus autem si Pater generum mortuum nescivit, sed superare putavit. *l. 8. ff. b. t. ubi Freb. lib. 3.*

lib. 3. c. 7. n. 21. dicit: se nihil magis torfisse, cum hæc studia tractaret, quam ubi legeret, cum mortuum esse sciret, quod hac ratione multò justius infamis esset, quia filiam duobus nuptum voluerit, & lenocinii reus fuerit. *Hulleg. post relatas aliorum opiniones p. 294. in conciliat: Maleficia re constituat. l. 4. ff. de O. & A. & duo conjunctim requirunt, ipsum factum malitiosum, & consilium l. 225. ff. de V. S. quorum alterum si absit, verum maleficium non est. Quare quando gener verè mortuus est, Pater qui superstitem eum putat, filiam alteri copulando lenocinium non committit, sicuti nec filia binuba efficitur. Tametsi namque in illo lenocinius, in hac meretricius aut adulterinus animus non desit, effectus tamen deest. Jure Justin. integer annus luctus constitutus est, olim fuerunt 10. menses l. 1. & 2. C. de secund. nupt. Græcis vocatur πένθειμ*

scu lugubris, ἄλγος τὸν ὄδυοντιν ἔρονος: ut legitur lib. 21. Basil. tit. 2. c. 5. tempus luctus est continuum l. 8. ff. h. t. ut magis consulatur imbecillitati muliebri. Majus enim remedium requiritur, ubi gravius periculum l. 1. ff. de Carbon. edict. c. ubi periculum 4. de Elect. in Sext. l. 10. ff. h. t. l. 12. ff. de Senat. Mares ad hoc non tenentur. l. 9. ff. h. t. Uxores Viri lugere non compellentur. Græci ita expriment: Ο ἀνήρ ἐν πένθει τὸν γαμετὸν, ἐδὲ ἡ μνηστὴρ ἔ μνηστῆρα. Licet autem uxor intra tempus luctus non possit nubere, potest tamen spondere, & spem facere l. 10. §. 1. ff. h. t. l. 38. ff. de R. N. Quidam tamen lugendi non sunt, neque ab uxore, nec propinquis ullis, ut hostes populi Romani, l. 4. ff. de sep. viol. Perduelles seu Antartæ l. 35. ff. de Relig. quales sunt Catilinæ & Cethegi. l. ult. C. ad L. Jul. Maj. quibus Græci addunt ἀπομόλως & περδομάς, desertores & transfugas, qui & ipsi tamen hostium numero censentur l. aut damnnum. 8. §. 2. ff. de pæn. l. 7. ff. de R. N. qui & jure Canonico sunt infames. c. infames 17. causa. 6. q. 1. Item suspensiosi omnes, quos Seneca cruciarios vocat. l. 28. §. famosos 15. ff. de pæn. l. 1. ff. de cadav. punito. Et qui sibi malâ conscientiam mortem consciverunt. l. 11. §. 3. ff. h. t. l. 6. §. 7. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam. l. fin. ff. de bon. eor. qui sibi mort. in pr. Rectè itaque disting. inter Maritum, qui more majorum lugendus, & eum qui non sit: ut si ex illorum numero fuerit, integrum luctus annum, etiam

utero vacuo tribuere debeat; si indignus fuerit, possit statim post
quatuor menses alteri nubere. Sententiam Johannis antiqui D.
contra Martinum qui & Saturninus dici solet, vid. in Gl. l. liberorum
ii. in vers. collocari; D. h. t. Canones autem indistincte omnibus pœ-
nis amotis, mulieri intra annum nubere permittunt, sulti, i. Co-
rinth. 7. Mortuo viro suo, soluta est mulier à lege ejus, itaq; in Do-
mino nubat, cui voluerit, c. pen. & ult. ext. de secund. nupt. Gl. ib.
ubi Bart. dicit ad. d. l. jus Civile quoad pœnas festinataram nupti-
arum esse correctum.

XXIV. Quarta. 4. Qvi eandem sciens suo nomine,
non jussu ejus, cujus in potestate, uxorem duxit, etiamsi
viles sit. l. 15. C. h. t. Hic enim aliàs excusatur. l. ii. §. ult. ff. h. t.
ubi ratio. Neqve enim hic casus ex iis, quæ atrocitatem facinoris
in se habent, in quibus jussus superioris non excusat. l. 157. ff. de R. J.
in pr. l. 20. ff. de O. & A. etsi potestate liberatus retinuerit. l. 12. ff.
h. t. Hillig. ad Don. lib. 18. c. 7. lit. D. Quinta 5. causa: Qvi ean-
dem ab eo, quem in potestate habuit, duci passus est. l. 10.
§. ult. ff. h. t. & l. 13. §. i. d. t. l. 3. ff. de Noxal. act. Erber. lib. 3. c. 17. n.
26. & seqq. Perez. in C. h. t. n. 4.

XXV. Sexta causa. 6. Qvi suo nomine, non jussu ejus,
in cujus potestate, ejusve nomine quem, quamve in po-
testate haberet, bina sponsalia aut nuptias eodem tempo-
re constitutas habuit. De his sex prioribus causis, verbis Edi-
cti d. l. h. t. & l. 13. §. i. ff. h. t. & seqq. l. 18. C. ad L. jul. de Adult. et si
conjunctio corporum non secuta Nov. Elect. Saxon. 20. p. 4. Johann.
de Garon. de pœn. secund. nub. 2. 28. p. 237. Aliud verò si duas con-
cubinas simul habuerit, etsi & hoc vetitum, Nov. 89. c. 12. §. 5. non
tamen hâc pœnâ adjecta.

XXVI. Septima causa. 7. Qvi muliebria passus. Si
masculus fuerit impudicus. Hoc enim est scelus, quod non pro-
ficat scire, ubi sexus perdidit locum, ubi Venus mutatur in alte-
ram formam, ubi amor quæritur, nec videtur, ut loquuntur Impp.
in l. 31. (quæ omnium dicitur pessima in toto Corpore juris, quemadmodum
pessimus versus in Virgilio. Electere si nequeo superos, Acheronta move-
bo) C.

bo) C. ad l. jul. de Adult. Itaque infames Edicto Prætoris sunt molles & effeminati, & officiosi omnes, licet muliebria passi, tantum nominentur l. 1. §. remover. 6. ff. de postul. Infames sunt omnes, qui contra naturam nefandas libidines exercere audent, ἄλκιμοι καὶ φούροι, ut Plato loquitur, Pathici, inquam, & Cynædi, Exoleti, Pædicones, Arsenocœitæ, Catapygi, Pædopthori, Fellatores, Irrumatores, Anapthysti &c. vid. Freher. lib. 3. de infam. c. 16. per tot. Johann. Wolffg. Freymon. in Elench. omnium Ant. p. m. 99. allegat. 5. libros Hieronymi Magii, quos ad d. l. 31. C. ad l. jul. de Adult. ἄλκιμοι καὶ φούροι scriptis dicitur.

XXVII. Octava causa. 8. Qui operas bestiis depugnandis locavit. l. 1. §. 6. ff. de postul. Atque hos arenarios, bestiarios & Venatores vocabant, de quibus exaudiendum, quod in c. 9. D. 86. Venatorum ars nequissima dicitur, Prudentius arenam infamem vocat: Græc. θηρομαχοί, & κύνηχοι, etiam confectores vocantur, & audaces, κατ' ἐξοχῶν. Itaque capitalis erat poena damnari ad bestias, vel ad ludum venatorium, & servos poenæ efficiebat. l. 8. §. 11. Et l. 31. ff. de poen. l. 11. §. ult. ff. ad L. Corn. de Sicar. Vide Lips. lib. 2. Saturnal. c. 3. de quo toto venationis genere libellum se scripsisse ipse in Epistolis meminit. Gravissima hæc bestiarum s. venatorum infamia fuit, accusare prohibentur. l. 4. ff. de Accus. neque testimonium dicere. l. 3. §. lege julia. 5. l. 21. §. 2. ff. de testib. Non autem infamabantur athletæ coronati, non Poetæ laureati, non alii qui virtutis causâ populo se ostentassent. Freher. lib. 3. de infam. c. 18. n. 20. Nec notatur qui extra arenam venatur d. l. 1. §. 6. vers. bestias ff. de postul. l. un. C. de Venat. fer. §. nemo retia. lib. 2. F. r. 27. de pace ten. Eadem causa & Gladiatorum fuisse videtur, qui & ipso arenæ se mancipabant, idq; quæstus causa. Accipiebant enim ab editore ludi certum & consuetum pretium, quod Livius Gladiatorium vocat, Cicero, Seneca, Paterculus, Auctoramentum, quo pretio autorati & redempti in ordinem gladiatorum jurabant: se omnia passuros & aufuros, quæ legitimum Gladiatorum jus mos esset; uri, vinciri, verberari, ferroq; necari. Ad hoc genus Gladiatorum pertinent secutores, Retiarii, Threces, Myrmillones,

nes, Hoplomachi, Samnites, Provocatores, Effedarii, Andabatae,
 Dimachari, Laquearii, Pegmares, Meridiani, & alii, unde etiam
 convitium est Gladiatorem vocare, non minus quam latronem
l. 3. in pr. ff. de Lib. & posth. Freb. d. c. n. 22. 23. 24. A Gladiatoribus
 longè diversi semper fuerunt Athletæ, quo nomine comprehen-
 duntur Pydæ, sive pugiles, qui cestibus pugnabant, luctatores &
 Palæstritæ, Cursores, seu Stadiodromi, & Diaudromi, Acrochi-
 ristæ, Pancratiastæ, & Pentathli denique seu Quinqvertiones, de
 quibus omnibus, *vide Budaum in l. arhetas 4. ff. b. t. p. m. 94. & seqq.*
 Gladiatores in harenâ, athletæ in palæstra, vel Xysto, Agonibus
 tantum, & sacris certaminibus: Gladiatores quæstus causa: Ath-
 letæ virtutis causâ se exercent. Harena infamis est, Palæstram,
 utpote inventum Mercurii *Horat. decoram vocat, lib. 1. Od. 10. vid.*
l. èan d'w. 6. §. 13. ff. de excusat. tut. De quatuor sacrorum certa-
 minum generibus, quos agonas vocabant, & Nemæâ, Pythiâ, Isth-
 miâ, Olympiâ à Pindaro inscribuntur. *vid. Basil lib. 21. tit. 2. c. 2. jul.*
polluc. lib. 3. de Vocab. rer. ad Comm. Imp. addit Ulp. qui aquam eqvis
spargunt, & hos omnes minimè ignominiosos esse definit. Nec
qui ludos curabant, erant infames, ut certaminum præfecti, præsi-
des munerarii, iudices victoriæ, distributores præmiorum, qui &
Critæ dicti, & Agonothetæ, Athlothetæ, Rabduchi, Mastigophori
de quibus in l. ult. §. mastigophori. 17. ff. de munerib. & hon. & ibi Bu-
da. Ulp. Designatores, & Brabeutas vocat d. l. 4. ff. b. t. Ludicris &
Harenariis artibus non malè junguntur præstigiatores, Harioli,
quorum quidam divinandi artem pollicentur in circis, velutiq;
scena posita, consultoribus in popule futura prædicebant, quæ-
stus causa. Quod genus Harioli, Sortilegi, Augures, Aruspices, Va-
ticinatores, Oneirocritæ, Chiromantæ, Genethliaci, quorum
omnium professio vanissima. Freb. c. 19. lib. 3. n. 1. l. 15. §. si quis
Astrologus. 13. ff. de Injur. Sunt & qui Græcis τωμείδιαι dicti. v. l.
8. C. de Repud. Vulgus hos maleficos nominabat. l. 5. & 7. C. de
malef. & mathem. Græcis κενόβοιοι & κενότροχοι l. 7. & ult. C.
cod. infames ubique omnes. c. constituimus. 9. causa. 3. q. 5. L. 4. §. 1.
ff. Fam. Hercisc. Actor. 19. v. 13.

XXVIII. Nona causa. **Qvæ palam corpore qvæstum** facit i. e. publice, passim, ac sine delectu *l. 43. §. 1. ff. de R. N.* Qvæ meretrices à merendo, ac Plauto se vendere dicuntur, & fornicariæ à fornicibus, sub quibus prostare solebant. *Fornier. 1. Rer. quotid. 22.* extra mœnia urbis, unde submœnianas uxores vocat, *Martialis*, & productæ, *Pitba. 2. advers. subsc. c. 17.* qvæ & impudicitiam antiquitus apud ædiles profitebantur, habituq; ac vestitu diverso à matronali utebantur *v. l. 4. C. de Episc. Aud. vid. Hillig. ad Don. lib. 18. c. 7. lit. H. p. 297.* & hæ lege notantur, ac proinde infames meretrices, & scorta omnia. *c. meretrices. 11. caus. 32. q. 4. Freb. lib. 3. c. 16. per totum:* ubi effectus hujus infamiæ, & limitationes copiosè leges. Nec pœnitentia famæ eas restituit. *d. l. 43. §. 4. ff. de R. N.* Quis enim integram famam asseret Messalinæ illi meretrici Augustæ, quam graphicè depingit *Juvenal. in sat.* Si autem cum uno & altero consueverit pecuniâ acceptâ, devium scortum, *ut Horat. 2. Carm. 11.* non prostitutum in propatulo omnium libidini, sed honestius minusq; vulgare. *Tarneb. 13. Advers. 19. l. 43. §. 2. d. l.* Sicuti nec meretrix dici potest, qvæ amoris vi subacta, copiam sui amanti fecit. *Menoch. arb. cas. 326. Gæd. ad l. 33. ff. de V. S. n. 9.* Sic Clitiphæ apud *Terent. Heaut. 2. sc. 1.* Antiphilam qvæ se Clinix, sed sôli dederat, ignaram artis meretriciæ vocat.

XXIX. Decima causa. **10. Qvæ in adulterio deprehensa,** & si judicio absoluta sit. *l. 43. §. 12. ff. de R. N.* Ex igne ut fumus, sic fama ex crimine surgit. Adulterium seu machimonium per se, & ipso jure infamat, ubi hallucinatus est *Bodinus 3. de Repub. 3. n. 283* quando notam interpretatus est facti ignominiam, nam ratio ibi addita: qvia factum **Lex** notat planè pugnat. Aliud in viro adultero, qui non infamis est ante sententiam. *l. 2. §. 3. ff. b. t. l. 14. ff. de testib. vid. Gl. sing. in l. 12. C. ad L. jul. de adult. Freb. c. 16. lib. 3. de infam.* qvia major castitas secundùm mores etiam hominum exigitur in fœmina, multoq; fœdius & sceleratius adulterium uxoris, qvàm viri *Alb. Gent. 1. de nupt. 5.* nisi per vim compressa sit. *l. 20. C. ad L. Jul. de Adult. Freb. c. 7. & Hillig. in Donell. d. lib. 5. c. p. 297.*

XXX.

XXX. Undecima causa. 11. Qui Venere præposterâ se polluit. l. 31. C. de Adult. quam de iis accipiunt, qui vultu, habitu, incessuq; mutato, viri cum essent, mulieres mentiebantur, ac sub earum specie nubebant, quos Salvianus lib. 7. de providentia muliebrem gradum finxisse, & foeminais tegminum illigamentis capita velasse prodidit. Ex verbis autem d. l. 31. quive futuri colligit A. Fab. ad l. 1. §. 6. ff. de postul. etiam eos, qui attentent delictum, nec perficiunt notari, etsi id extra Crimen Majestatis nullibi statutum sit, confer Gail. de P. P. 14. n. 26. Convenit hæc causa, cum superiore septima, nisi quod hæc utrosque agentes & patientes complectitur, illa patientes solos, quos & speciali quodam significato infames dici ostendit Freb. c. 16. n. 24. Uti & crimen illatum infamia, infamis injuria, item impudicitia. Impudicitia in ingenuo crimen, in servo necessitas, in liberto officium. Impudicitia enim verè in patiendo, Turneb. in adv. p. 209. Sparta quoque qui polluit puerum, infamis per omnem vitam. Plutarch. in Lacon. Inst. Notum aliàs quod pro Sodomia & peccato contra naturam imponatur poena mortis. Const. Car. V. art. 116. & ibi. Gilhaus. Farinac. in prax. crim. q. 39. n. 110. & III.

XXXI. Duodecima causa. 12. Qui fœnus improbum. i. e. ultra modum l. 26. §. 1. C. de Usur. exercuit; & l. 20. C. b. 1. ubi dicitur: Improbum fœnus exercentibus, & usuras usurarum (anatocismus vocatur) illicitè exigentibus infamiae macula irroganda est, Dioelet. & Maximianus Imp. Cujac. c. 9. obs. 28. scribit lege proditam esse actionem de usura famosam.

XXXII. Infamis etiam hic est post restitutionem & actam poenitentiam. Catellian. Cottin in memorabilibus v. Usurarii. Quis sit, & unde proberetur Usurarius manifestus. vid. Menoch. Arb. cas. 235. Adr. Gilman. lib. 1. Decis. Camerali 5. n. 50. & seqq. Marquard. Freber. lib. 3. c. 20. n. 5. Usurariis adjungit Dardanarios, flagellatores, scil. annonæ, qui eam incendunt ac excandefaciunt, ut Varro, seu vexant, vastant & gravant. ut Lampr. in Commod. & Severo Philip. Broid. in Coroll. ad Pallet. Hist. fori Rom. lib. 1. c. 1. n. 3. & seqq. pag. 7. Sunt autem Dardanarii, qui & seplasiarii, propolæ qui & Græcis πωλαγοί

πάλαι, πάντοτε τὰ βόλοι, σίβηράπηλοι, Jul. Pollux ἀναπαλῆνας νο-
cat: vid. Pratei. in Lexico in voce Dardanariū. qvi omnia præmunt,
ut postea carius revendant, quorum fit mentio in l. 37. ff. de pæn. l. 6.
ff. de Ext. mord. crim. Vexari autem per eos sectores, & mancipes
annona dicitur, quando fertur, raptatur, huc atq; illuc distrahitur:
Flagellatur autem, quando in horreis & granariis veluti mancipa-
tur, & veribus quasi verberibus coërcetur, ne exire aut egredi pos-
sit, quâ phrasi utitur, Plin. lib. 33. c. 13. Papinius autem strangula-
re pro ita condensare, & comprimere, ut quæ respirare nequeant,
suffocari videantur, quo Hermogen. respexit in l. 53. ff. de jud. dum
arctiorem annonam dixit, & Persius Satyr. 5. jam nunc astringas,
jam nunc granaria laxes.

XXXIII. Decima tertia. 13. Qui majorennis contra pa-
ctum jurejurando firmatum agere conatus. l. 41. C. de Trans-
act. & c.

XXXIV. Causa decima quarta. 14. Hæreticus. l. 1. C. d. SS.
Trin. i. e. omnes non orthodoxi. l. 12. C. de. heret. l. ult. C. Ne Christi-
an mancip. vid. Nov. 109. c. 2. Neque enim vere hæretici judæi &
Pagani qui in Ecclesiâ nunquam fuerunt, Wes. Parat. C. de heret. n. 4.
nec Apostata, qui in totum à fide & professione Christiana descive-
runt, vid. l. 2. C. de. heret. & Augustin. epist. 162. Qui sententiam su-
am quamvis falsam, & perversam nullâ pertinaci animositate defen-
dunt, præsertim, quam non audaciâ præsumptionis suæ pepererunt,
sed à seductis ac in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærun-
tem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerunt ne-
quaquam sunt inter hæreticos deputandi, Rom 14. v. 13. Gal. 5. v. 12.
2. Tim. 2. v. 22. Tit. 3. v. 10. & 11. Quod tamen non eo extendendum,
ut assentiamur Innocentio IV. Pontifici Sacerrimo, cujus verba, pro
singularibus commendat Capolla cautela 230. & citat. Catell. Cotta
in Memor. v. Hæreticus & Donell. Hillig p. 299 pari modo infames re-
ceptatores, defensores & fautores hæreticorum auth. Credentes C.
de Hæret. iisq; Patrocinium in litibus præbentes c. si adversus 11. in fin.
Extra de heret. Speciale tamen hic, ut poenitentia infamiam aboleat,
abjurata namque hæresi veniæ locus, si respiscant à Diaboli laqueis, à
quo captivi tenentur, 2, Tim. 2. in fin. l. 4. § 6. C. de Hæret. Excom-

D

munica-

municatione verò justè separantur à veris vera Ecclesiæ membris. Neque sic ulla eis fit injuria. Sunt enim *ad Gregor. c. 1. Tit. 3. v. 20.* Eadem infamia affecti Judæi, *arg. l. ult. C. de Juda. c. pen. ext. eod.* Maxime cum & fere fœneratores sint manifesti. *Freb. lib. 3. c. 19. n. 7. 8. & locus Quintil. lib. 3. c. 9.* nam olim apud Romanos hanc gentem famolam fuisse arguit, secus tamen videtur *ex tit. C. Theod. de Juda. lib. 16. t. 8. adde. l. 3. §. 3. ff. de Decurio.* His addit *Freb.:* Blasphematores ut sint infames. Si enim offendens Majestatem Principis est infamis. *l. quisquis. 5. C. ad. L. iul. Majest.* quanto magis offendens Majestatem Divinam? *auth. Gazaros. C. de Heret. Effectus Hæreseos vid. apud d. Freb. d. c. n. 6. seqq.*

XXXV. Vidimus jam quomodo ipso jure infamia incuratur, cum tale quid notoriè commissum, quod nulla sententiâ judicis expectata leges non alia pœnâ, quam probro, & ignominia dignum judicant: Jam restat, ut addamus, quomodo per sententiâ Judicis infamia Juris contingat, quando scilicet quis condemnatur, judicaturq; de publico crimine: *l. 19. C. b. r.* Vel etiam privato, veluti de furto *l. 8. C. b. r.* aut de dolo malo suo nomine, quam etiam infamiam non evitat calumniæ, prævaricationisq; in publico judicio commissæ. *l. 16. C. b. r. Perez. n. 5. C. b. t. Dixi ob dolum.* Quid ergo si lata culpâ crimen admissum fuit? Verius est æquè infamiam irrogari. Nam lata culpa prope fraudem accedit, & dolo fere semper comparatur *l. 1. §. pen. ff. si mens. fals. mod. dix.* eodemq; modo punitur, saltem in contractibus, non etiam delictis. *l. 226. ff. de V. S. adde l. 12. C. b. r.* Verum ex publicis privatisq; delictis non damnatos quidem duntaxat, sed & pactos quoq; perpetuum edictum infamat. *l. 18. C. b. r. l. 5. 6. §. pactus. 3. ff. b. r.* si autem quis, non conscientia alicujus delicti, sed ad redimendam Vexam transegisse dicitur, liberatur ab infamia. *V. l. 37. ff. de Procur. Per. C. b. r. n. 7.* His porro judiciis pœnalibus consimilia quædam sunt, ex contractu quidem orta, sed quæ tamen infamiæ notam damnato inferunt, propterea quod in his de fide rupta agatur, ut sunt: **actio Mandati, pro Socio, Tutelæ, Depositæ,** quod tantum procedit in directis, non etiam in contrariis actionibus, quia in iis non agitur de fide rupta, sed de calculo & rationibus subducendis. *l. fin. C. b. r.*
adde

adde l. 6. §. 6. & l. 7. ff. h. t. *Dr. Perez. in C. h. t. n. 8.* Et de his singulis specialiter jam ulterius in thesibus sequentibus agemus, ne inverso ordine confusio subnascatur.

XXXVI. Ut itaque ad causas famosas, quæ & Latinis capitales dicuntur, *L. 103. D. de V. S. ex sententiâ vel pactione* progrediamur: Sciendum, quod illæ, quæ judiciis famosis contingunt, qualia sunt Civilia ex delicto septem numero, in quibus sequitur per se infamia damnatum, & si sententia in bona feratur, ac etsi de facto tantum iudex pronuntiet. *l. 5 l. 12. C. h. t.* Sola verò actio hic non infamat, nec etiam Citatio. Nec absentis, nec latitantis evocatio, in civilibus, quæ tamen in criminalibus existimationem lædit. *l. ult. C. de requir. reis ubi DD.* ordine autem sic enumerantur: I. *Furti. l. 4. §. 6. l. 6. pr. ff. & l. 8. C. h. t. l. 7. ff. de publ. jud.* quæ ita habet: infamem non ex omnierimine sententia facit, sed ex eo quod iudicii publici causam habuit: Itaque ex eo crimine, quod iudicii publici non fuit, damnatum infamia non sequetur: nisi id crimen ex ea actione fuit, quæ etiam in privato iudicio infamiam condemnato importat: Veluti *Furti, vi bonorum raptorum, injuriarum.* adde *l. 63. ff. de furt. § 2. J. de pœn. tem. litig* quocumque genere sententiæ damnatus sit, item is apud quem inficiantem res furtiva deprehensa, nisi ignorans receperit. *l. 3. C. h. t. Freb. c. 9. n. 1.* qui & docet idem esse in eo, qui sciens à fure emit, *per l. 5. C. de furt.* Quid in conditione furtiva rerum amotarum? *Cujac. in parat. C. de condic. furtiv.* & hæc judicia famosa statuit, tum quod delictorum omnium finis sit infamia, tum *per l. 2. C. Rer. amot.* Quem refellit, *Forner. 2. Rer. quotid. 24 per l. 36. ff. de O. & A. & autoritate Stephani lib. 60. Basilicon. tit. 10. item per text. express. l. 2. ff. Rer. amot.* Et delictorum, ait, comes infamia, si ipsa prosequamur, non si rem. Ast illud Axioma *Cujacio* planè negandum esse ait, *Hillig. ad Don. c. 8. lit. B.* Si infamiam juris intelligit. Certa enim delicta specialiter Edictum Prætoris notat: Cui bono si hoc omnium delictorum commune? Quis verò dicet damnatum Lege *Aquilia* famam perdere? *& ibi pluribus vid. p. 311. vid. Freb. l. b. 3. c. 9. n. 27.*

XXXVII. 2. **Vi honorum raptorum.** Hac actione con demnatus merito infamis est, quia in illo iudicio de dolo quaeritur, & est actio similis furti l. 6 § 1. seqq. ff. h. t. 3. Injuriarum l. 4. §. ult. ff. l. 5 § 10. C. h. t. l. 40. § 42. ff. de injur. § 2. Inst. de pen. rem. litig. æquissima talionis lege, cui alterius famam ludibrio habere & fugillare libido est, propriae iacturam faciat, *Freb. lib. 3. de infam. c. 9.* Nam injuria & ignominia, animo contumeliae alicui apposita. *Wes. in parat. h. t. n. 6. l. 1. ff. de injur. vid. leges Solon. 66. & 67.* Nec refert, num atrox sit injuria seu gravis, sive levis, utroque casu damnatus sit infamis. *Freb. lib. 3. de Infam. c. 9. n. 16. vid. Gail. lib. 2. obs. 102. n. 1. & 6. ubi dicit:* communis opinio videtur, quod etiam modica injuria infamiam irrogat, & n. 16. addit, quod Transactiones super injuriis in Camera non confirmantur, & transigens super injuria pecuniâ datâ, manet infamis p. m. 497. per l. 63. ff. de furt. Nec tantum notantur si honestiori personæ injuria facta, c. omnes 13. causa 3. q. 5. c. Sacerdotes 8. causa 6. q. 1. & tt. Extra de maledictis. Verum etiam si servol. 10. C. h. t. Nam in maleficiis & criminibus non distinguitur inter homines l. 1 §. 1. ff. ad L. Corn. de sic. L. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. Injuria scripta, ut sunt famosi libelli, carmina, cantica, historiae, psalteria, epigrammata, Silli, commata, Satyræ, *Paul. V. Sent. t. 4. l. 3. §. 1. si quis librum cum seq. ff. de injur.* carmen malum proprio nomine vocatur, infamiam importat. Hodie Pasquilli autem Dd. vocantur, quod in urbe Romana ad truncum Pasquini cujusdam affigi soleant, L. 12. tab. deinde vetitum. adde *Harmonopol. lib. 6. t. 9. l. un. C. de famos libell.*

XXXVIII. 4. **De Dolo** l. 1. ff. h. t. Adelicis enim non procul distat dolus, cujus actio & damnatio infamat. Est autem dolus malitiosa affectatio, qua vel simulatur falsum, vel dissimulatur verum, alterius fraudandi causa. l. 1. ff. de dolo malo *Freb. lib. 3. de infam. c. 10. n. 1. 2. 3.* Stellionatus dolus quidam & criminalis. Nam quod in privatis judiciis est de dolo actio, id in criminibus stellionatus persecutio, everriculum nimirum omnium fallaciarum & imposturarum l. 3. §. 1. ff. stellionatus. ideo etiam infamat. l. 13. §. ult. ff. h. t. Stellionatus enim dolus quidam versutior & improbius, planeq; affectatus, & edolatus ut *Plaut.* dicit exasciatus, & ali-

& aliquando falsitatis aliquid habens, ut in casu *l. 21. ff. ad l. Corn. de Fals. l. 1. cum. seqq. C. de crim. stelli.* Species quædam doli etiam est falsitas, quæ præterquam, quod publico iudicio ex *L. Cornelia* coercetur, quibusdam casibus inter infamiae causas specialiter referatur *Freb. n. 7.* ut mox dicitur.

XXXIX. 5. *Expilatae hæreditatis l. 12. C. h. t.* Expilatores enim atrociores fures dicuntur *l. 1. §. 1. ff. de Effractor.* Græcis *λαιοδότης* i. e. qui ne pilum in corpore spoliatorum relinquunt, *Hærsolt. ex Afion. in 2. Verrin. act. 25. part. 7. n. 3.* ubi multa elegantia de Sacculariis & maniculariis. Nec juvat quod ex *L. 12. C. h. t.* ultimis verbis extorquere velint, quasi non furti species sit, sed aliud delictum *l. 2. §. fin. de Expil. hæred.* sufficit quod eadem infamia hic, quæ furti improbius, quo facit *l. 17. C. de furt. ibi exemplo & c. l. 3. §. 5. in fin. ff. de susp. tuc.* 6. *Sepulchri violati l. 1. ff. de Sepulch. viol.* ubi dicitur sepulchri violati actio infamiam irrogat: Edictum Prætoris super hac re extat in *l. 3. d. t.* 7. *Notatur, quæ per calumniam ventris nomine in possessionem missa est, dum se adseverat prægnantem. l. 15. cum 4. seqq. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. simul. vent. nom. l. 3. §. 3. ff. Ne vis fiat ei qui in poss. miss. erit.* Vel etiam si ex alio concepisset, quam Marito defuncto. Aliud tamen est in eâ, quæ falsa existimatione & errore decepta, se prægnantem credidit. *l. 18. ff. h. t.* Nam, ut Medici scribunt, accedere mulieribus non rarissime solet, ut prægnantes se existiment, quod molam vocant. Similis causa est, si libertus se ingenuum, ad hoc ut honores obtineat, mentiatur *Freb. lib. 3. c. 10. n. 9.* Idem etiam obtinere affirmat in Literionibus, qui falso sibi usurpantes nomina magistrorum, quæ ex nulla approbatione collegii adepti sunt, *juxta l. 7. §. seq. C. de Profess. l. un. C. de stud. lib.* Huc etiam retulit perjurium, quod & ipsam infamiae causam continere iustissime censetur *c. infames 17. caus. 6. q. 1. §. in c. si quis convictus 7. l. 41. in verb. infamia C. de Transact. Gl. & Dd. in l. Lucius 21. ff. h. t.* Erat quidem tempus, quo perjurii etiam si per Deos pejeratum esset, nulla esset poena, sed ultioni Divinæ: & Jovis Oreii iræ perjurus relinquebatur, quasi (*ut Tiberius apud Tacitum*) Deorum injurias non nisi Diis curæ esse debeant *l. 2. C. de Reb. cred. ubi dicitur: quod*

jurisjurandi contempta religio satis Deum Ultorem habeat, nisi
 per Principem, aut per genium, per salutem, per fortunam Princi-
 pis consultò esset pejeratum, tutius enim apud Romanos per
 omnes Divos, quàm per unum genium Cæsaris pejerebatur. *l. 13.*
§ ult. ff. de jurejur. l. 2. C. eod. ubi in D. l. 13. in fin. prov. jur. additur:
περι τῶν μὴ ἑμνυε: i. e. petulanter nejurato. Aristoteles etiam
probat, quocunqve casu quis perjurii damnatus, quod sit infamis
in Rhetor. ad Alexand. c. 18. ὅτι Ἰσοκρῆν Φεβμένους τὴν τε παρὰ
τῷ θεῷ ὑποσχεῖται, καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀποχρίσει. Am-
 pliatur hoc de perjurio: sive quis de præterito pejerasset, scienter
 fallendo, sive in judicio, & ubicunqve denique pejerasset, rejecta
dist. Gl. in d. l. Lucius ff. b. t. Qui in pecuniaria causa jurat, se solu-
 turum intra tot dies, nec solvit, olim ignominiâ notabatur *Gell.*
lib. 7. c. 18. Postea Princeps fustibus castigari jussit, cum supra al-
 legato proverbio *l. 13. § ult. ff. de jurejur.* Item si quis juratoria
 cautioni de judicio sistendo factæ non steterit *l. 17. C. de Dignit. De*
 præterito & præsentis *v. l. ult. ff. Stellion. l. 13. § ult. ff. h. t. Freb. lib. 3.*
c. 10. n. 13. verbo: perjuro nunquam amplius creditur: Omnis
 perjurus est infamis.

XL. Ex Contractu vel quasi IV. sunt causæ infa-
 mantes: Pro Socio, Tutelæ, Mandati, Depositi *l. 1. ff. b. t.*
 Sed tribus conditionibus: 1. Si suo nomine *d. l. 1. l. 6. §. 2. b. t.* 2. Non
 contrario judicio (quod in pro soc. adione locum non habet, quæ
 utrinque directa) *d. l. 1. §. 2. 7. de pæn. tem. l. sig. quia in eo non de*
 perfidia, sed de calculo agitur *l. 6. §. 8. ff. b. t. l. 5. pr. D. depos.* Ex
 cept. vid. apud *Don lib. 18. c. 8. lit. G. H. I. & Hellig. ibid.* 3. Ob do-
 lum, non ob culpam, *Don & Hellig. lit. K. L. M. N. p. 304.* Horum
 judiciorum ex contractu descendunt, duo sunt generalia. Pro
 Socio & Tutelæ, duo specialia Mandati & Depositi. *M. T. Cic. pro*
Rosc. Comædo inquit: Si quæ sunt privata judicia summæ existima-
 tionis, & penè dicam capitis, tria hæc sunt. Fiduciæ, Tutelæ, So-
 cietatis. Æquè enim perfidiosum & nefarium est fidem frange-
 re, quæ continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam per-
 venit, & Socium fallere, qui se in negotio conjunxit, Prator
 hisce quartum addit Mandati *l. 1. ff. b. t.* omnia bonæ fidei, atque
 idcò

ideo doli, fraudisq; vel maxime impatientia. *Vid. Freh. lib. 3. de Infam. c. 11.*

XLI. Criminalia quoque quæ publica famosa.
l. 7. D. de publ. judic. Item quæ licet non iudicii publici, in iudicio tamen publico admissa, ut Calumnia, Prævaricatio *l. 1. ff. h. t.* Tergiversatio desistentis ab accusatione. *l. 1. § 1. ff. ad S. C. Turpil. l. 6. § 5. D. de Decur. l. 1. C. Ut intr. cert. temp. crim. Freh. lib. 3. c. 6. per rvt.* quod inscribitur: Quibus ex causis ipsi Accusatori infamia irrogetur. Ibi 1. refert Delatores, qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam provocant, exstimulant, & accendunt, quos & suturrones & auricularios nominant, fortè iidem, quos Aristot. *ἄκουστός lib. 5. polit. c. 11.* hos infamiâ laborare iustum est. *c. infames. 17. causa 6. q. 1.* Et ab his delatoria curiositas ducta est in proverbio *l. 6. ff. de J. & Fact. ignor.* Item Execrabiles nunciatores vocantur in *l. 4. C. de Delator. adde l. 7. ff. d. t. qua est Græca.* 2. Calumniatores de quibus *vid. Polletum in histor. for. Rom. lib. 4. c. 5. Freh. d. l. & c. n. 8.* 3. Prævaricatores, *d. l. 1. & l. 4. §. pen. ff. h. t. l. 4. & 5. ff. de prævar.* De Advocato prævaricante *Freh. n. 14. l. 1. §. ult. & l. 2. 3. §. quod si D. de prævar. l. 1. C. de Advoc. diver. judic.* Quinimò si acculator propter calumniam destitit, præter poenas quinque librarum auri, aliasq; extraordinarias poenas, etiam infamia notatur *l. 1. & l. 2. ad S. C. Turpil. l. 1. 2. 3. C. l. spurii 6. §. qui iudicii 3. D. de Decur. Φυροδία & ἄεργουψις dicitur &c. vid. Job. Thierrius in tract. de Fuga.*

XLII. Damnatus itaque ob aliquod crimen iudicio publico, s. capitali, s. non capitali, certè infamis fit *l. 7. ff. de publ. judic.* Cætera verò crimina, ex quibus non est iudicii publici per se actio, sive privata sint, sive etiam popularia, vel extraordinaria, non omnia infamant, nisi sunt de exceptis *d. l. infamem 7.* vel nisi genere poenæ infament. *l. fin. ff. de furt. & l. fin. ff. de injur.* de quibus inferius agetur *Freh. lib. 3. c. 5.* Si quis proinde convictus, vel damnatus sit honorem vel sacerdotium per ambitum petivisse, 100 aureis cum infamia ex L. Julia punitur *l. 1. § 1. ff. ad L. Jul. Amb. l. 11. ff. de pollic. posterus apud Canones vocatur Simonia.* Itaque Electi & Eligentes per Simoniam utriusque carent beneficio, & infamiâ notantur

notantur l. 29. & 31. C. de Episc. & Cleric. N. 6. & N. 132. De hoc crimine gravissima extat querela Joh. Salisberienſis Episcopi l. 7. Polycratici c. 17. Damnatus Repetundarum ſimiliter infamis fit l. 12. C. de Dignit. cujus verba ita ſonant: Judices qui ſe furtis & ſcelestibus fuerint maculaſſe convicti, ablatiſ codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quosque & plebeios habeantur, nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſeipſos indignos judicaverunt. Item de vi tam publicâ, quàm privatâ damnatus l. 1. ff. ad L. jul. de vi publ. & l. 9. C. eod. Quibus Canones æquiparant Eccleſiaſticorum prædiorum direptores c. attendendum. 13. cauſa 17. q. 4. ubi dicitur: Quod ſi quis fecerit poſt debitâ ultionis acrimoniam (quæ erga ſacrilegos jure promenda eſt) perpetua damnetur infamia &c. Vid. Haërſolt. per tot. part. 7. act. Etiam qui paciſcitur de crimine infamis eſt l. 5. D. h. t.

XLIII. In his verò omnibus Civilibus & Criminalibus damnatio notati requiritur l. 4. §. 5. l. 19. ff. h. t. l. 7. ff. de publ. jud. ubi infamem ſententia facit. Nec delatio ſufficit, aut accuſatio, etſi interim ab honoribus repellat l. 7. pr. ff. de Muner. & Honor. nec carcer. aut vincula notant. l. 1. C. h. t. l. 1. C. Gregor. de poſtul. nec tortura. l. 14. C. h. t. Nec ſententia inter alios lata alios notat. l. 21. ff. h. t. Ex cauſa a famoſa, crimine publico, vel contumaciâ, in eodem verè infamis fit, & infamia juris, quia Civitatem perdit, & omne beneficium inductum jure ſtatutatio illius Civitatis à quâ bannitus Hillig. ad Don. ex Freb. p. m. 320. Jure Saxonico Iſt der jenige ſo in die Königl. che Acht mit Recht gebracht wird/ im erſten Jahr anrücklich/ im andern Ehrloſ. Weichb. art. 5. & ib. Gl. diff. jur. Civ. & Saxon. 44. n. 5. p. 2. adde & pulcherrimam Gloſſam in art. 2. Sächſiſchen Leben = Rechtes. 2. Si ex eâ damnatus juſtè & cum effectu, ubi tria ſpectanda. 1. Perſona damnantis judex ſit, non arbiter l. 3. §. 6. ff. h. t. 2. Genus ſententiæ, definitiva enim, non interlocutoria infamat d. l. 13. §. 6. ubi pudor tantum operatur l. 20. ff. l. 17. & 19. C. h. t. & 3. Autoritas rei judicateæ, quia verba cum effectu accipienda l. 1. in fin. ff. quod quisque jur. de qua vid. l. 6. §. 1. & l. 1. §. 10. ff. de poſtul. ubi dicitur niſi attentata appellacione, ſeu in integrum reſtitutione infamiam avertit, quod quomodo fiat, poſtea apparebit. Niſi Judex infamiam

miam remiserit: aut graviorem irrogando pœnam quasi sententiã
transactum sit *l. 13. §. 8. ff. l. 4. C. b. t. l. 15. ff. ad munic. l. 5. de Decur.*
l. 10. §. ult. ff. de pœn. Levioire utiqve pœnã irrogatã, infamiam
manere certum est secundum *l. fin. C. de Gen. Abolit. & lib. 6.*
βασιλικῶν tit. 3. c. 11.

XLIV. In omni crimine, quod ipso jure famosum est, non
opus est à judice in sententiã mentionem fieri infamiæ, quia hoc
sive judex exprimat, sive non; semper condemnationem sequitur
pœna infamiæ lege constituta, adeo ut etiam reus, finitã jam pœ-
nã à judice ad tempus imposita, infamis tamen perpetuò maneat
l. 6. C. b. t. quia infamia ex causa famosa imponitur legis authorita-
te, quæ perpetua est, ita ut judex eam non possit revocare, quan-
tumvis pœnam temporalem adjecerit, vel minuerit. Nam legis
autoritas non est in potestate judicis, sicuti facti potestas *l. 15. ff. ad*
municip. ut ita rectè dixerit JC. Non posse judicem efficere, quin
furti damnatum sequatur infamia *l. 63 ff. de furt.* idem statuendum
de aliis injuriis. Vi bon. rapt. *Vid. Perez. in C. b. t. n. 12. 13. 14. ubi*
l. 6. C. b. t. Sic intelligendam putat. Cæterum qui ex aliis causis,
quam quæ jure jubentur famosæ, damnatus est, inter infames non
habetur, quo spectat *l. 1. C. b. t. & l. 2. l. 11. C. b. t.* quæ tamen lex
non trahenda ad *ἄποψη*: notum enim quod Justin. cessionis
remedium sæpè ignominiosum vocet *N. 135. adde l. 7. C. b. t. l. 9.*
quo spectat l. 2. pr. ff. de jur. Fisc.

XLV. Debet insuper in his judiciis causa infamiæ
exprimi. Licet enim regulariter judex non teneatur causam sui
motus exprimere in sententiã suã, nec ad valorem sententiæ ex-
pressio causæ sit necessaria. *c. sicut. 16. Extra de sent. & Re. jud. l. mili-*
tes. 13. §. missionum 3 ff. de Re mil. ut tamen damnatus infamiam con-
traxerit, causa debet sententiæ inferi, ut *l. 2. 3. §. ult. cum l. seq. ff. de*
susp. tut. l. si præses 32. ff. de pœn. vid. Paul. de Cast. Conf. 32. Wes. in pa-
rat. ff. b. t. n. 6.

XLVI. Tertius modus irrogandæ infamiæ est ipsum
genus pœnæ, quæ etiam absque sententiã imponitur extra or-
dinem, ut cum quis ignominia causa exautoratur, militia ordine

E

move-

mouetur, vel honoribus interdicitur *l. 6. C. b. t. l. 1. ff. b. t.* vel deportatur, vel ad Tempus, in opus publicum damnatur *l. 6. C. b. t.* vel fustibus creditur modo ex iusta causa *l. 16. C. b. t. l. 22. ff. b. t. l. 14. C. b. t. Perez. in C. n. 10. h. t.* Itaque causa semper inspicienda, cui & commensurandi poena. Nam si iudex poenam graviolem ut preced. th. 43. dictum, ultra legem imposuerit, eamq; non pecuniariam, infamia condemnato non irrogatur, & remissa intelligitur *l. 4. C. b. t. d. l. 13 § 8 ff. b. t. Perez. n. u. d. t. C.*

XLVII. Unum est famosum iudicium, quod neque publicum, neque in publico iudicio admissum, & dicitur *Militare*, de non militaribus seu pagans jam actum superius *per d. l. 7. ff. de publ. iud.* Sunt enim ut delicta quaedam militum propria, quae quis non uti civis, sed uti miles admittit *l. 2. ff. de Re Milit.* Castrensis peccata Vopiscus vocat, flagitia militaria *Imp. in l. 13. C. de testam. mil.* ita & poenarum quaedam genera in militari Romanorum disciplinâ peculiariter recepta, & in milites usurpari solita, tam capitalia, ut securi percussio, decimatio, fuste enecatio: vel tantum in corpus, ut manus, aut poplitum abscissio: quam non capitalia i. e. ad estimationis magis, quam capitis periculum: non illae tantum quas Modestinus enumerat *in l. 3. §. 1. ff. R. M.* sed & Macer addit *l. 13. §. 4. d. t. Et ibi: Budaeus: Ἐλοιστία* quae apud Polyb. per fustem facta, communis est poena militum & paganorum *l. 10. §. 2. ff. de poen.* Deinde erat pecuniaria multa, vel etiam ademptio, vel diminutio stipendii ignominiae causa, iure dirutos fuisse appellatos milites, quibus propter ignominiam stipendium i. e. merces menstrualis aut semestris, aut annua, quae erat in nummis aereis subtrahabatur *l. pen. ff. Et l. 5. C. de R. M.* Præterea munerum indictio, à quibus muneribus munifices *l. 8. ubi Alc. ff. de V. S.* veluti ut cogentur distincti, nudisve pedibus ante tentoria aut principia stare, vel cespitem, aquam, lignum, foenum portare, fossam fodere, sarmenta colligere, ligna cadere. Inter poenas etiam numerata fuit militiae mutatio. *l. 3. §. 5. Et 9. ff. de R. M.* Tria autem sunt genera missionum *l. 2. ff. b. t. d. l. 13. §. 3 ff. de R. M. l. 8. ff. de Excusat. tut.* De Murcis qui se resectis digitis, aut præcis pollicibus sponte ad militiam fecerunt *inutiles Sveron. vid. in Aug. c. 24. Sacramento*

tramento autem praestito militiam deserere, clypeum abjicere (qui
πύκνους; Græcis vocantur) vexillum amittere, arma trudere,
pro turpi & infami delicto est habitum. l. 2. ff. de captiv. l. 3. & pen.
ff. de R. M. d. c. infames 17. causa. 6. q. 1. Grave etiam delictum man-
datis Ducis non parere, vel ab eo rem prohibitam facere, quod
quidem graviter punitur, etiam si res bene cesserit. l. 3. §. in bello. 15.
ff. de R. M. l. 19. §. 7. ff. de captiv. plura vide apud Vegetium unicum ex an-
tiquis residuum qui de R. M. scripserunt, Frontinum, Caesarem, V. Maxim.
& plurima collegit P. Arodius lib. 10. Pand. rer. judicat. t. 5. & seqq.
& recentem Scriptorem Joachimum Burger. in Observat. militar. hinc
inde. Quoniam autem missio ignominiosa, quæ fiebat in præsen-
tia exercitus, morte ipsâ gravior erat, operæ pretium fuit formu-
lam scivisse: Sic C. Cæsar Anienum tribunum dimisit. C. Anie-
ne, quod in Italiâ milites populi Romani contra Rempublicam in-
stigasti, rapinasq; per municipia fecisti, quodq; mihi Reiq; publi-
cæ fuisti inutilis, tuaq; opera militibus, tempore necessario Res-
pub. careat, ob eas res causâ ignominia & ab exercitu meo te re-
moveo, hodieq; ex Africa abesse, & quanti longius potes profi-
cisci jubeo: *Ayala de jure belli. lib. 3. c. 6. vid. Frob. lib. 3. de Infam.*
c. 15. n. 14.

XLVIII. Queritur ulterius ratione *th. 46.*: Si quis ad
tempus ordine motus, vel relegatus sit, an completo tem-
pore, honore vel officio pristino fungi possit? Resp. Si
motus sit ob crimen, quod infamiam non irrogat, regressus non
solum pristinum honorem resumere, sed & ad novum aspirare po-
terit. l. 1. C. de his qui in extl. dat. vel ord. mot. Sic in specie cautum
l. 13. §. 1. ff. ad L. Corn. de Fals. non tamen statim ad novum honorem
admittitur, nisi tanto tempore ab eo abstinuerit, quanto per fu-
gam i. e. exilium absuit. l. 2. C. d. t. exemplo relegati, qui tanto tem-
pore non admittitur, quanto dignitate caruit. l. 15. ff. ad munic. l. 2, 3.
§. 1. ff. de Decur. At verò ad tempus relegatus, vel ordine, vel ad-
vocationis officio motus ex crimine famoso, finito tempore inter
infames habetur, & idè frustra ad honores vel militiam adspirat
l. 5. ff. de Decur. l. 6. C. h. t. l. 4. §. 4. ff. de R. M. l. 5. §. 2 ff. de Extraord.
cognit. Ex his liquet, quando pœna à lege statuta imponitur de-
linquenti,

linquenti, ob crimen famosum, licet ea sit temporalis, infamia tamen est perpetua, & durat etiam finito tempore poenæ *Bald. & Salicet. ad d. l. 6. C. h. t. Bobadilla lib. 3. c. 18. n. 14. in praxi ita se Madriti observasse dicit: Perez in C. tit. 59. lib. 10. n. 5. 6.* Caterum si levior cum esset poena, uti superius dictum, à lege, iudex graviozem inflixerit ad tempus relegando, vel removendo ab ordine, licet crimen sit famosum, reus tamen condemnatione ejusmodi, non fit infamis, quia cum eo videtur transactum de infamia *d. l. 1. § 15. ff. ad Munis. § l. 13. § poena 8. ff. h. t.* Si verò mitiorem poenam Iudex pro arbitrio imposuerit; non per hoc efficit, quo minus damnatum sequatur infamia. Rationem affert *Papin. in d. l. 15.* quia in potestate judicantis, quaestio facti est, non autem juris autoritas. Nam potest quidem iudex pronuntiare, crimen admissum esse, vel non, aut, ubi pronuntiavit crimen admissum, quod jure famosum est, succedit poena hujus criminis, quod est infamia, quæ cum à lege irrogetur, non est in potestate judicantis suâ sententiâ legis auctoritatem infringere, & infamiam remittere, non debet Iudex esse lege clementior *Nov. 82. latè Amaya ad l. un. C. de Infam. n. 20. & seqq. & Caballus resolut. crim. cas. 172 ubi ex Baldo & Johanne de platea hic plures distinctiones colligit, & rationem assignat, cur si minuatur poena, non tollatur infamia, quia per minorem poenam non plene purgatur delictum, quod publicè interest puniri, ut alii à delinquendo deterreantur l. 20. ff. de poen. Perez. in t. C. de his qui in exil. dat. n. 6. & 7. p. 834. adde Donell. lib. 18. c. 8. p. m. 307. 308. 309. & Hillig. ibid. in not. Freber. c. 7. n. 12. p. m. 323.*

XLIX. Expositis iudiciorum famosorum generibus, commodè quasdam infamiae causas per indicem subjungemus, quæ non ex ipsa horum iudiciorum damnatione, verum ex aliâ quadam causa circa iudicia accidente, vel in partibus litigantibus, vel in horum advocatis, vel in ipso iudice eveniunt. Ipsa enim libido litigandi per se improbita est, ut & tricones, & contendones, vitiligatores, ὀρθοφύλοισι καὶ τριτοῦ καὶ ἀλάϊπνεσι; uti vocantur ab Aristophane in *Vespis*, & aliis negotium facientes *c. similiter 10. & seq. causa. 3. q. 5.* Istiusmodi fuit famosa illa litigatrix C. Afrania *l. 1. § 5. ff. de postul. quæ & Carfania seu Calphurnia dicitur, talis & Prolemais, quæ in proverbium abiit*

um abiit *πολεμίας η δίκη* vid. *Val. M. lib. 8. c. 3. de Manilia Juven.*
 Infames etiam sunt redemptores litium, Græci *εργολάβοι* vocant
l. pen. C. mand. Qui & alienis litibus sponte se inferi patiuntur *l.*
pen. C. de his qui potent. nom. l. 2. C. r. 15. Cujac. in parat. ibid. Quin-
 imo infames sunt illi, qui mercede pacta lites alienas agendo suscipi-
 unt, quasi suas, sub pactione tertiæ, vel quartæ, vel dimidiæ partis *l. 20.*
C. mand. l. 5. C. de postul. infamis itidem quis fieri potest in propria cau-
 sa ob nimiam temeritatem & improbitatem litigandi, quæ ex con-
 demnatione ejus apparet, idq; in iudiciis famosis locum habet § 2. *J.*
de pæn. tem. litig. Item si non damnatus sit, sed juramentum calu-
 mniæ detrectaverit, *l. ult. §. quod si actor 6. & seq. C. de jurejur. prop.*
calum ubi DD. Qui negotium semel in Auditorio Principis termi-
 natum denuo reficere conatur *l. 2. C. Ut lit pend. lib. 1. t. 21.* infamia
 etiam coërcetur, qui ipsum principem sibi contrarium facere, ejusq;
 rescripta rescriptis evertere conatur *L. 5. C. Si contra jus vel util. pub.*
It. it. Extra. de Rescript. Quibus ex causis Advocati & Procuratores infamiam
 incurrant vide ordine apud *Marquardum Freherum n. 4. lib. 3.*
c. 13. Ex quibus causis ipsi iudices infamiam notam subeant vid. *d. lib. 3.*
c. 14. Soli iudici non licet vendere justum iudicium, licet & causi
 dico liceat vendere justum patrocinium, & Jcto rectum consilium *c.*
non licet 71. c. 11. q. 3. hinc jure sancitum est, ut si pretio dato pacta &
redempta sententia sit, ipso jure citra appellationis remedium ea nul-
la sit. L. 7. C. Quand. provoc. non est necess. Hoc crimen apud *Dd.*
 nostros *Baberia* vocatur i. e. nundinatio & distractio justitiæ, siue cri-
 men *Reperundarum*, cujus vindicandi gratiâ institutus processus *Syn-*
dicatus ex *t. 48. lib. 1. C. ut omnes Judices tam Civ. quam crim. & qvæ*
his similes extant apud prædictum autorem invenies.

L. Quoniam fama plus custodienda, quam oculi *c. nolo. 10. caus.*
12. q. 1. l. infamia 8. C. de Decur. utique jam examinandum restat, qui-
 bus modis Infamia tollatur, & evitetur. Septem horum refert *Wes.*
in parat. ff. ad. finem usque, quos ad tres redigit Donell. lib. 18. c. 8. lit.
KK. & ibi; Hllig. 1. Si per Procuratorem quis litiget. Nam tunc nec
 ipse notatur, quia Procurator condemnatur. *L. 1. C. de sentent.*
& interloc. nec Procurator, quia alieno nomine d. l. 6. §. 2. ff. b. t.
 Quare & Syndicus in causa famosâ patriam defendens, & damnatus,
 non fit infamis *l. 9. C. b. t. l. 4 C. de Delator.* Facti tamen infamia

Illic vitari nequit l. 2. ff. de obseq. par. 2. Si det operam ne ad sententiam perveniat, volente adversario transigendo in actionibus ex contractu. Hillig. Lit. Min. d. l. p. 325 3. Opera iudicis, si infamiam remiserit, quod quomodo fieri debeat superius dictum: ib. 43 & 48. Iudex enim potest pœnam minuere, ratione juventutis, aut senectutis, aut dignitatis. Et licet quibusdam videatur infamem non posse amplius infamari, ut Gl. in l. 2. C. ut intra. cert. temp. Baldus tamen in c. de appellationibus. ii. Extra. de Appellat. dicit, quod infamis possit fieri infamior, puta infamis infamiâ facti, poterit fieri infamis jure per text. in l. palam 43. § 12 ff. de R. N. Si poena legis, de qua hic agitur, minuta, mitigataq; iudicis arbitrio fuerit, infamia ideo non minuitur, & reus in uno boni consulere debet humanitatis sententiam l. 5. ff. de Decur. & ratio est, quia infamia à lege irrogatur, & legis effectus est, quem iudex tollere graciosâ suâ sententiâ, nec debet nec potest; non debet, quia ut eleganter Justin. d. Nov. 82. Non oportet iudicem *Φαίνεσθαι Φίλων Στρατότερον τῶ νόμῳ*, aliâ corruptæ videntur iudicum sententiæ. Non potest, quia facti quidem quælitio in arbitrio iudicantium, juris autem autoritas non est, i. e. in his quæ à lege statuta sunt, quia ipso jure effectum sortiuntur Freber. lib. 3. de infamia c. 7. n. 8. l. 15. ff. ad Munic. adden. 9. 10. Freb. & Duaren. in tit. de infamia c. ult.

LI. Non possum hic præterire, quin addam ex Paulo de Cast. ad l. 13. n. 15. ff. in b. t. Quomodo & quando procedat, ut poenâ auctâ vel minutâ tollatur infamia Gl. d. l. ponit unam dist. ex quâ quatuor regulæ colliguntur, duæ negativæ, & duæ affirmativæ. Hæc Gl. inquit, est valde magistra & subtilis i. Regula. In pœnâ pecuniariâ ut indistinctè siue imponatur maior pro minore: seu minor pro majori: item siue causâ cognitâ, siue sine causâ, si delictum est famosum, non censetur cum infamia dispensatum. Ratio est, quia infamia major pœna omni pecuniariâ. arg. l. Julianus. 20. ff. si quis omis. caus. testam. 2. Quando pecuniaria imponitur pro corporali, & multò magis ut indistinctè non tollatur infamia. Aliæ duæ sunt Affirmativæ, una quando corporalis imponitur pro pecuniaria, ut indistinctè siue cum causâ, siue sine causâ, tollitur infamia, quod tamen intellige sanè, nisi corporalis minuat, vel tollat statum, quia facit perditionem civitatis & libertatis. Secunda. Quando imponeretur corporalis pro corporali,

& tunc

& tunc *Gl. disting.* Aut major pro minore, & tollitur infamia, aut imponitur minor pro maiore, quo casu loquitur *l. 3. C. b. t.* Sit ergo cautus iudex, ut in sententiâ faciat mentionem de causa, ut sic non puniatur, & condemnatus non infametur. *num. 14.* inquit idem de Castro. Augetur delictum ratione loci, quia commissum in plateâ, in Ecclesiâ vel Palatio, *quem vid. per t. l. allegatam.*

LII. Si quæras, an interim dum patitur maiorem poenam vel minorem, tamen causa cognita, sit infamis? *Gl. d. l. dicit,* quod sic, si poena ad certum tempus imponatur *d. l. etsi severior ibi ex transacto tempore:* Si verò damnatus iterum subeat poenam: puta pro pecuniariâ subligetur: nec interim est infamis *arg. l. 10. § 2 ff. de pœn.* Sed si quæretur: An relegatus vel ab ordine motus veterem recuperet honorem, vel ad novum adspiret? Distingvo (*verba sunt Glossæ,* quæ cum superiori à nobis formatâ quæstione ex Perez coincidunt) quia aut ex damnatione perpetuâ perpetuam subit infamiam: ut: perpetuò relegatus, est perpetuò infamis: aut temporalem: Si perpetuam, ad nullum adspirabit honorem. Et huc usque Glossa cum insertis.

LIII. Quod ad ipsam infamiam attinet, quæritur ulterius: An cessante causâ infamix, cesset & ipsa? *Tiraquellus affirmat,* referente *Marquardo Freb. lib. 3. de Infamia c. 30. Quibus modis infamia tollitur.* Originem enim sublatâ, non debent sequentia manere *l. 1. in pr. C. de Latin. lib. toll.* Contrarium autem tenent *Da. in c. constituit 31. juncta Gl. in verb. qui ex Judeis caus. 17. q. 4.* quod infamia remaneat apud infamem, etiâ extinctâ infamix causâ, quod & *notat Hipp. à Marsil. sing. 107. & 179.* Pœnitentiâ itaq; facti, ex quo orta est infamia, ea non tollitur, quia non aboletur turpitude, quæ postea intermissa est. *l. 43. ff. de R. N. & ib. Paul. de Cast. Bal. in l. improbum fœnus 20. C. b. t. Freb. n. 18. d. c.*

LIV. Unicum ergò tollendæ infamix remedium est, si quis veniam à Principe impetret, ut famæ restituatur *l. 1. § 11. ff. de postul.* Quod est unum ex illis, quæ competunt soli Principi, quemadmodum potestas legitimandi, & aureorum annulorum, & Tabelliones creandi, *ut notat Jacob. de S. Georg. in sua vestitura, in verbo Dux §. dubitatur n. 4.* Potuit hoc olim etiam Senatus Romanus. Prætor autem, & quilibet inferior Magistratus illud non potest, quia hoc fit extra normam
juris,

juris, ex speciali indulgentiâ; Prætor autem & quilibet ordinarius Magistratus custos est juris, cui ne latum unguem à scripto jure recedere licet. Elegans exemplum hujus restitutionis extat apud *Cassiodorum lib. 3. Var. c. 46.* Interim verissimum est, inquit *Ereberus*, quod litura tamen extet, unde *Plautus*:

Hominum immortalis est infamia

Etiam tum vivit, cum credas esse mortuam (n. 12.)

Sunt quidam Interpretes, qui infamiam quidem ipsam cum suis effectibus principem tollere posse, infamiam autem facti, quæ in merâ hominum existimatione consistit, non posse existimant: quippe cum hæc infamia facti ipsius commissi comes & umbra sit *l. verum 31. ff. de R. J. l. in bello. 12. ff. de captiv.* imò ipse *Papa s. Pontifex Romanus* non potest tollere infamiam facti *Traq. in tract. de jur. constit. post. l. m. 3. n. 10. Pet. Peck. magni nominis J. C. Lovaniensis patriâ Ziriceus in c. infamibus 87. de Reg. jur. in 6to Duar. lib. 1. Anniv. c. 42.* Distingvenda etiam probè hæc restitutio famæ, quæ disertis verbis rescripto Principis fieri debet, à simplici abolitione criminis, vel indulgentiâ. Si enim princeps simpliciter deprecanti gratiam facit, & indulget, non factâ mentione famæ, tum pœna tantum ei remittitur; at infamia sequax culpæ reum nihilominus comitari perseverat, juxta *πολυθύλλῳ* illud: Pœna potest tolli, culpa perennis erit, & nihilominus indulgentia, quos liberat, eos notat, & infamiam non tollit, sed pœnæ gratiam facit *d. l. ult. C. de Gen. Abol. l. 7. C. de sentent. pass.* Huc facit quod legitur in *Basilicis lib. 6. tit. 3. c. 11. εὐαν βασιλεὺς ἁμικῶς συγχωρήσῃ ὑπερῆφροσι πάντες οἱ ἐξόριστοι, καὶ οἱ πειρωτισμοῖσι: ἔτι τὰς στρατίας τὰς ἰδίους ὀπαναλαμβάνουσιν, ἀλλὰ καὶ ἄπμοι μὴ εἰσιν:* i. e. Si generali principum indulgentiâ redeant omnes relegati & deportati, neque militias suas recipiunt, & infames manent. *p. m. 148.*

LV. Tollitur denique infamia morte v. *Seb. Medices in tract. Mors omnia solvit. Conclus. 54.* Adhæret enim personæ, quæ extinctâ, & ipsa evanescit. Sunt tamen quorum memoria etiam post mortem damnata intelligitur, ob gravissima crimina, ut hostes Majestatis,

Majestatis, vel Perduellionis damnati, suspensioſi, qui manus ſibi
malâ conſcientiâ intulerunt, ideoq; his nullus lætus debetur.
l. ii. §. 3. ff. b. t.

LVI. Quoniam ex prædictis infamiæ incommoda & poenæ
ſatis appareant, & notum ſit, quod in effectu adimat 1. Jus poſtu-
landi. 2. Aſſidendi, quia Jctum virum bonum eſſe oportet *Freb.*
lib. 3. de Infam. c. 29. n. ii. 3. Accuſandi *l. 8. ff. de Accuſ.* 4. Adi-
piſcendi honores & dignitates *l. 2. C. de dign. l. un. C. de Infam.* 5-
Fidem teſtimonii *l. 3. pr. ff. de teſtib. § 6.* Jus capeſſendæ hæredita-
tis fratre præterito. *adde Weſ. n. 9. ff. b. t. & Don. lib. 18. c. 6. Freb. lib.*
3. c. 24. cum quinque ſeqq. Propterea caveat ſibi unusquisque ab infa-
miâ. *Capoll. conſil. 40.* nam non ſine ratione dicitur. Habes bo-
num nomen: quia magis valebit tibi, quam mille theſauri, nam
pro habendâ bonâ famâ debent homines totis viribus laborare
l. facta 63. § 7. ff. ad SC. Trebell. quod & electum Dei organon D. A-
poſtolus Paulus confirmat. *1. Corinth. 9. v. 15.* Expedi mihi
magis mori, quàm ut gloriam meam quis
evacuet.

Tantum de hac materia
hac vice.



F

Ad



AD famam valet & laudes, infamia quid sit?
Quidq; operetur? acu tangere, mente proba.

Jurisconsultos exercuit ardua multos
Materies, quorum nunc monumenta patent.
Fontibus ex ipsis qua **WOLDENBERGIUS**
haurit,

Venantur verum, docte **JEGERE**, bonum.
Hunc imitare Virum, linguis sophiaq; coruscum,
Fontibus ex ipsis fama perennis erit.

Bene ominatus scribeb.

Joh. Georg. Dorscheus, D.
Acad. h. t. Rector.



JUVENI LECTISSIMO, ET AD LAudem
DECUSQVE PATRIÆ PROGENITO

JOHANNI JEGERO,
HAMBURGensi,

Dissertationem publicam DE INFAMIA
auspicanti, paucula hæc, ex amicissimo pectore,
festinabundus depromebat

AH, frustra invidiæ quid stringis Mome, flagellum?
Quid contra has operas lingua petulca strepis?
Perstrin-

Quod, quod, qui nil nisi propria laudat;
 Qui sapit, estq; bonus, non reprobabit opus;
 Tu felix JEGERE; animum cūi finxit acutus
 JAPETIONIDES de meliore lutó:
 Felix, dum delubra DICES, sacræq; Themistis
 Introgredi, vulgo non remorante, studes:
 Felix, qui vigili studio impallescere chartis
 Clarus habes, Themidos discutiendo favos.
 Laudo tuos nifus, Juris certamina laudo.
 Quæ, DUCTORE, subis, Nobili ab arte VIRO:
 Laudo inquam juris docta hæc scrutinia; Nomen
 Nobilius multum clarus ab arte facis.
 Si porrò ad Themidos, tam strenuus iveris Aulam;
 Iveris ad sanctæ castrâ beata DICES:
 Jurasso EUNOMIE, si non tibi nubere tentet!
 Quam mihi, quam cunctis; tum tua FAMA clu-
 ce.

LAURENTIUS BODOCK,
 Ph. J. U. D. Orator: Professor,
 Collegii Philosophici SENIOR.

In Famam & Infamiam.


ΠΟΧΟΙ Φημίξσι κλέθ: καὶ ἀδούκεια Φῆμιν
 Δηλαυγῶς μισεσσι βροθῶι, τὰ ἀτάδαλα ἔργα
 ἔπιτε αἶνον ἔχουσι, κακὸν κλέθ ἔσεται αὐτοῖς.
 Τένεκα σέρου κλέθ, κακὸν ἔνομα Φεύγε; Κατηφῆς
 ἔρθε καὶ ἔνθε ἐκὼν ἀέκων ἀρρηθῶ ἀνήρ.
 Ζῆν γὰρ κακῶς κλύουσαι τότε ἀναχεπὸν,
 ἢ ἕς πρὸς μὲ μὴ κακῆ πεφυκέναι.

ALIUD.

Famâ quid melius, contra quid turpius ipso
 INFAMI? Nihil est. Optima FAMA placet.
 Pessima fama loquax, resonabilis undique, durat,
 Nec facile exingvi sumptibus illa potest.
 Omnia si perdas, Famam fervare memento;
 Quâ semel exustâ, nullus in orbe clues,
 Edictum causas memorat, quævis tortilis illa,
 In varias species decolor ultero ruit.
 Sit procul à Studiis INFAMIA Juris, amice,
 Atque notam Facti tollio ubique mali.
 Illa statum minuit, consumit: Fama perennem
 Laudem conservat, tristitiamq; fugat,
 Posthabitâ Famâ multi venantur amœnas
 Mundi Delicias, hoc capiuntur hamo:
 Felix qui comitante bonâ venatur honores
 Famâ; hunc circumstant Gloria, Opes, & Honor.
 Incipis à magno nobiscum remate Juris,
 In summo quondam desine, salvus eris.
 Comple vota patris; senium modo fœtibus amplis
 Exhilara, felix hîc & ubique sies.

Hisce Præstantis. Dn. Resp. Domestico
 dilecto acclamare voluit

Christianus Woldenbergius,
 Phil. J. U. D. & Prof.



Multa ferat Themidos cultor faciatq; necesse est,
 Venari famæ qui cupit inde decus.
 In pelago venantur apros, quoscunqve veterens
 Obsidet, & quorum pectora torpor habet.

Tu

...piti in retia Musas:
...veniet pedicis præda benigna Themis.
Tu titulos venaris, & hoc probat Ordo Sophorum:
Vertagus est acer continuusq; labor.
Est aliquid Nemees stravisse in valle leonem:
Plus est cū studiis strata Vacuna jacet.

A. Tscherningius.

Declinatio Infamæ & Famae.

Infamæ famam captat, non invenit ullam,
Infamæ candor nullus, privatus honore est,
Infamæ portæ clauduntur honoris ubiqve,
Infamæ sequitur labes velut umbra Leonem.
O Infamæ ubiqve jaces, nee tolleris unquam!
Quisqvis ab infamæ caveat, latet angvis in herbâ.
Famæ bonum constans, quo non præstantius ullum,
Famæ sis cultor quicunqve placere laboras,
Famæ te dedas studiorum præmia poscens,
Famam per medias noctes venare, diesq;
O mea Famæ para sedem, mea gaudia comple!
A Famæ tandem ASTRÆÆ connubia panges.
Ecce bonum, mistumq; malo! concede benigno,
Atqve malum vita, famam servabis in orbe

*In honorem Eximii & Præstantissimi Domini
Respondentis apposuit*

Χειρὸς Ἰδίου.

Domus & ingenium Famæ ex lib. XII. Metamorph.

Ovidii,

Orbe locus medio est inter terrasq;, fretumq;
Cælestesq; plagas, triplicis confinia mundi:
Unde quod est usquam, quamvis regionibus absit,

Inspicitur

Inspicitur penetratq; cava vox omnis a
Fama tenet, summaq; domum sibi legit in arce:
Innumerosq; aditus ac mille foramina tectis
Addidit, & nulla inclusit limina portis.
Nocte dieq; patet: tota est ex aere sonant;
Tota fremit, vocesq; refert: iteratq; sonat.
Nulla quies intus nullaq; silentia parte
Nec tamen est clamor, sed parva murmura vocis.
Qualia de pelagi (si quis procul audiat) undis
Esse solent: qualempe sonum, cum Juppiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet: veniunt leve vulgus, euntq;
Mistaq; cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum, confusaq; verba volutant.
E quibus hi vacuas implent rumoribus aures,
Hi narrata ferunt aliò: mensurag; fidei
Crescit; & auditus aliquid novus adjicit auctor.
Illic credulitas, illic temerarius Error
Vanag; letitia est, consternatiq; Timores
Seditioq; recens, dubioq; autore sulsurri
Ipsa quid in caelo rerum, pelagog; genitur,
Et tellure, videt; totumq; inquit in orbem.





Q Vis novus hic nostris successit sedibus hospes:
Qvis, qui tam doctè cuncta resolvit, adest?
Credo eqvidem (nec vana fides) hunc esse JEGERUM
JEGERUM senii dulce decus patrii,
Ergo age sis, JEGERE, diu multumq; legendo
Sacratas leges, non tibi fama deest.
Hæc Juris doctrina tibi pretiosior auro,
Non nisi laude valet, gaudia mille creat.


*Paucula hæc rudi Minerva adjicere
debut potuit*

J. A. S. BB.









Aut major pro minore, & tollitur infamia, aut
pro maiore, quo casu loquitur *l. 3. C. h. t.* Si ergo
penitentia faciat mentionem de causa, ut sic non pu-
natus non infametur. *num. 14.* inquit idem de Ca-
lictum ratione loci, quia commissum in platea, in
quem vid. per t. l. allegatam.

as, an interim dum patitur maiorem poenam vel
causa cognita, sic infamis? *Gl. d. l. dicit,* quod sic, si
pompas imponatur *d. l. nisi severior ibi ex transacto*
innatus statim subeat poenam: puta pro pecuniaria
interim est infamis *arg. l. 10. § 2 ff. de pen.* Sed si
paratus vel ab ordine motus veterem recuperet ho-
num adspiret? Distingvo (*verba sunt Glossæ,* quæ
nobis formata questione *ex Perez* coincidunt)
one perpetua perpetuam subit infamiam: ut: per-
perpetuo infamis: aut temporalem: Si perpetu-
trabit honorem. Et huc usque Glossa cum insertis.

ad ipsam infamiam attinet, quaeritur ulterius: An
infamiae, cesset & ipsa? *Tiraquellus affirmat, re-*
Freb. lib. 3. de Infamia c. 30. Quibus modis infamia
nim sublatâ, non debent sequentia manere *l. 1. in*
oll. Contrarium autem tenent *Dd. in c. constituit*
qui ex Judeis caus. 17. q. 4. quod infamia remaneat
nia extinctâ infamiae causâ, quod & *notat Hipp. d.*
Pœnitentiâ itaq; facti, ex quo orta est infamia, ea
non aboletur turpitude, quæ postea intermissa est.
P. Paul. de Cast. Bal. in l. improbum fœnus 20. C. h. t.

ergo tollendæ infamiae remedium est, si quis ve-
teret, ut famæ restituatur *l. 1. § 11. ff. de postul.* Quod
æ competunt soli Principi, quemadmodum po-
aureorum annulorum, & Tabelliones creandi,
Georg. in sua vestitura, in verbo Dux §. dubitatur
im etiam Senatus Romanus. Prætor autem, & qui-
ratus illud non potest, quia hoc fit extra norma
juris,